erudit specialiter pertinere constat. Hoc dictum sit pro inpertinencia quam inpertinentur principia

De puerorum correpcione ubi quatuor attendenda sunt Octo peccatorum transgressio preceptorum verborum ammonicio verberum afflictio

Post electionem et erudicionem videamus erudiendorum correpcionem
Corripiendi quidem sunt pueri ut possint tam scienciis quam
virtutibus informari Sic scriptum est Curua ceruicem eius in iuuen
tute. et tunde latera eius dum infans est ne forte induret et non
credat tibi. scilicet cum induratus fuerit et adultus non possit corrigi Et in
prouerbiis dicitur Stulticia colligata est in corde pueri virga discipline
fugabit eam Sicut enim equus indomitus vadit contra viam ducem
portat dum ad alteram. dum ad frenum. et quasi infrenabilis
propter eius duricia Sic remisse disciplinatus discipulus viam iusticie
deserit inhoneste se gerit. monita spernit et arguit facit proprium
monitorem Unde plutarchus philosophus imperatorem Traianum magister in
libro quem fecit de instruccione Traiani ait Principatu tanto
digniorem esse iudicarem quanto timebis ambiciosius videris esse re
motior Itaque fortune mee tue congratulor virtuti si tamen recte ges
seris quod probe meruisti Alioquin te et me periculis detrahen
tium linguis subici non dubito cum imperatorum ignauiam Roma
non feret. et sermo publicus refundere delicta discipulorum

in preceptores splicat sic dicens Neronis sui nutu detrahentium linguis carpitur adolescentium suorum temeritas in cautilianum. respondit et doctes in pupillum pium fuisse clementior criminatur tunc vero quamvis geres tertissime si non recesseris a te Si primo te composueris ad virtutem recte vivendi prudenter polliate constitutos maiores tibi vires exculpsi tu si obtemperas plutarcum habeos auctorem vivendi Alioquin presentem epistolam testem invoco quod in perniciem imperii non pergis auctore plutarco Ideo circa correpcionem habent attendere de occasione peccatorum Transgressionem preceptorum admonicione verborum inflictionem verberum Occasio peccatorum est in puero, quia sicut in dictum dicitur proni sunt adolescentia in malum sensibus et cordis humani cogitatio Nam ut dicit Calcidius super platonem mobilior est anima puerilis et inquieta maxime propter irrationabilem mentis imbecillitatem nondum ratione firmata Denique nimium calore et humore in illa etate habundantes propter quod plato ait in libro de legibus pueros nimio ignis luctari calore et sic in ordinate sine iudicio et in prebe omnes motus naturales in pueris celebrari Quod specificat augustinus in libro confessionum primo ubi ondit quod quedam opera infantium et si non pro derunt in effectum non tamen excusant affectum Dicit Imbecillitas mem brorum infantilium innocens est non animus infantium Vidi ego et expertus sum zelantem puerum non dum loquebatur et intuebatur palli dus amaro animo collactaneum suum Inde est quod pueri iactant mem bra et voces que sunt signa passionum interius et signant sicut possunt intrinsecas voluntates indignantur flent et flendo vindicant se de non obtemperantibus sibi plangunt gemunt dentibus stridunt pedibus elidunt et si aliquando non reprehendantur infantes non est hoc non quia reprehendenda faciunt, sed quia non intel ligunt arguentem

De preceptorum transgressione multi plici in pueris

Attendite etiam transgressionem preceptorum non enim est infans unius diei innocens super terram. Si hoc intuitum obmittamus et delicta puerilia reprehensionis consequenter cum peccant agentes contra precepta parentum etiam magistrorum. currunt ad ludos ad spec tacula vana pascentes oculos in rebus illicitis habentes aures audiunt fabulas quod dictant regulas vel scribunt litteras pec cant in modo discendi dum preponunt utilia preponunt ad vitam ne cessaria. delectant eos spectacula vanitatis ut in virgilio eneas agmen plenum armatis. et troie incendium atque ipsius umbra creuse Nec hoc diximus quin in rebus vanis multa possunt abdita plena utilitatis Nam vana poetarum bona sunt pueris ad discendum sicut in eis continetur error ut in vase venenum Unde augustinus libro confessionum ubi agit de libris in quibus continentur

flagicia deorum audiens ex malis sunt et committet excusaciones
impetus. quam aliquis excuset se de fornicacione qui Iupiter
legitur hec fecisse et quam celesti magisterio se prouocet ad li
bidinem. et imitetur dicit ergo Non accuso verba. que vasa electa
atque preciosa. sed vinum erroris quod in eis nobis propinabatur. et si bi
beremus cedebamur nec appellare ad aliquem iudicem sobrium
licebat Vasa preciosa et electa dicit augustinus hic verba vocat quibus
huius acquiritur eloquencia rebus persuadendis et sentenciis explican
dis valde necessaria. Sed tamen hoc plano profero quod utilius addiscerentur
in puericia aliqua moralia quam flagicia poetica. et sic puerile
ingenium exercetur et lingua Sed cum poeticis figmenta errore
integumenta peccant etc qui invident poetis melius addiscen
tibus Vnde augustinus ubi supra dicit magis cauebam barbarissi
mum facere quam cauebam si facerem non facientibus inuidere
Peccant in appetitu laudis ubi placere volunt hominibus intui
tu vanitatis Peccant mendaciis pravis quod poetis insistentes pu
Solis ludis minimis pugnis fortes inobedienciis Vnde augustinus
ubi supra fallebam innumerabilibus mendaciis et pedagogum et
magistros et parentes amore ludendi studio spectandi nuga
toria et imitandi ludicra inquietudine furta etiam facie
bam de cellario parentum et de mensa vel gula imperitante
vel ut haberem quod darem pueris ludum suum mihi quo
pariter utique delectabantur tamen vendentibus. in quo etiam ludo frau
dulentas victorias vane excellencie cupiditate victus sepe
occupabar Quid autem tam nolebam pati atque atrociter si depre
henderem arguebam quam illud quod aliis faciebam. et si deprehen
sus arguerer seuire magis quam cedere libebat Ista ne est innocencia
puerilis Peccant etc qui plerumque iactant se fecisse quod non
fecerunt ne reputentur inter socios viliores quo fuerunt casti
ores Multi etc dicunt ut videatur quod non fecerunt vel di
cerent si soli essent. quia homines soli vix rident ideo fugien
da sunt prava consorcia, quia ad malorum exhortacionem pudet
sequentes non esse impudentem Vnde de pomeriis que fran
gunt de fructibus quos furantur et carpunt ubi non est in ca
necessitas sed sola peruersitas Excrescunt vepres libidinum
et nulla invenitur manus eradicans vel parentum vel magis
trorum De verborum ammonicione multiplici et oratoria
monitoria et increpatoria acerba

ttende verborum premonicione virge percussionem dignam
precedere quia comminacio sine execucione parvam prodit ammo
nicio que aliquando plus valet et minus nocet Vnde maxime verum
est in pueris ingeniis et moribus generosis Nam secundum Senecam

de clementia ad Neronem Seneca animus facilius ducitur quam trahitur
pueri enim natura sunt timidi et ob hoc a voluptatibus suis sola comina-
tione possunt deterreri et arceri Virgilius in bucolicis Qui legitis flores
vel humi nascentia fraga frigidus o pueri latet hic anguis
in herba Sit igitur ammonicio exhortatoria ut in hijs qui possunt sus-
cipibiles discipline. quos non oportet violenter trahere sed verbis in-
ducere Unde augustinus probat in primo confessionum quod melius addiscunt pueri libe-
ralitate quam coacta necessitate Dicit enim Seneca Elucet maiorem
vim habere ad discendum puerilia. libera curiositate quam meticulosam
necessitatem de talibus pueris Ovidius de arte amandi Ingenium
celeste suis velocius annis surgit Et Stacius in vij Thebay-
dos Maturius evo robur et ingentes spondet tenera impetus
annos Debet etiam esse comminatoria eo quod quidam vel ex nature corrup-
tione vel ex mala educatione reperiuntur discoli quos sicut
pullos indomitos freno discipline et comminacione necesse est co-
hercere Sicut enim apud convalescentibus sepe contrahunt morbos
graves. ita colloquia que dicta sunt corrumpunt bonos mores Et
impletur illud Ovidii in libro epistolarum sicut teneros ledunt iuga
prima iuvencos Frena que vix patitur de grege captus equus
Sic male vix sufferit primos mores rude pectus. debet etiam
esse increpatoria ut si peccaverint arguantur. si tramitem regu-
larem excesserint corrigantur Prout dicit augustinus Anima pec-
catoris corripe. quia homo. misericordie Unde in psalmo Corripiet me
iustus in misericordia et increpabit me Sic enim agitur misericorditer
cum pueris quando castigantur et increpantur. sicut frenetico qui ligatur
vel cum eo qui per capillos extrahitur ne submergatur Sic etiam
crebra, licet enim in principio non videatur doctor proficere tamen
non debet a monicione cessare Unde in proverbiis Erudi filium
tuum et ne desperes. Anima ut dicit Julius celsus Rerum omnium
magister est usus Et Cicero in oratione pro Cornelio ballo usus magister
assiduus vim rei deditus et ingenium et artem sepe vincat
Ideo sicut dicit Salustius in Jugurtha plura sunt que licet gra-
uia sint ex consuetudine tamen habentur pro nichilo. Hinc etiam Ovidius
in libro de arte primo Tempore difficiles veniunt ad aratra iuvenci
Tempore lenta pati frena docentur equi, Ferreus assiduo consumitur
anulus usu Interit assidua vomer aduncus humo Et in secundo
libro Nichil assuetudine maius

De verborum inflectione quomodo debent infligi et recipi

[A]ttende etiam afflictionem verberum ut possit virge feru-
le stultitie corrigere. quibus agitur ut in pueris im-
pericia debelletur Prout dicit augustinus xxij de civitate dei Quid
sibi vult nimirum multitudine formidinis que cohibe-

dis parvulorum adhibemus vanitatibus Quid pedagogi · quid ma
gistri · quid ferule · quid virge quid enim horum per eas agitur nisi
impericia debelletur et prima cupiditas infrenetur · cum quibus
malis in hoc seculo vivitur Quid enim est quod omni labore dis
cunt pueri labore nescimus · cum labore sciencie · pueri labore mei
tes puniuntur Nonne inquit apparet hic humana patiatur velut pro
dere pro pluribus existat et quanto opere ut inde liberetur indigeat
Nota quod que verbera pueris infliguntur ex dilectione Quoniam
enim dominus magis diligit plus verberat et affligit et flagellat
dominus omnem filium quem recipit Unde in proverbiis dicitur disciplinam
domini ne abicias cum ab eo corriperis Quem enim dominus di
ligit corripit · et quasi pater in filio complacet sibi Et in psalmo
Si dereliquerint filii eius legem meam visitabo in virga iniqui
tates eorum et in verberibus peccata eorum Et in psalmo Egredietur virga de ra
dice yesse iuxta aut yesse incendium quia ex amore incendio
fit virge percussio, quia dominus Ego quos amo arguo et casti
go Quarto proficiunt viciorum extirpacione · illuminant incognicione
et erudicione et conservant puerorum insuper innocencie debita per
fectione Audi de purgacione Sicut ignis purgat et tollit
metalli impuritatem et scoriam · et ventus purgat a grano
paleam et lima rubiginem, ita et verberum ictus tollunt a
pueris feditatem Unde Boecius in libro de disciplina scolarium reci
tat de puero qui patri pro morsu acutissimo prescidit nasum
quia cum fuerat puer insolens et deditus viciis · correptus
et correctus non fuerat sed vitam terminavit per crucis obpro
brium et in patibulum suspensus Audi de illuminacione in glosa
super translacionem lxx per omnem dolorem et flagella eru
dierunt illum quia qui ignem excitat · prius fumo affligitur quam
ad igneam veniat claritatem Sicut enim ex felle piscis illuminati
sunt oculi Tobie quia per verborum amaritudinem illuminantur erudi
cione Et secundum psalmum · Illos docebit dominus scienciam qui sunt ablactati
a lacte Cor enim Salomonis tam funditus sapiencia defecit quia
sibi virga discipline non fuit Audi de profectione pueri Cum deli
ciis dissolvuntur in bono verberibus solidantur Sicut vasa lutea
igne solidantur, sic virtus per apostolum in tribulacione perficitur Tercio
recapitulando dicit per oris intimacionem sed cum graciarum actione Sicut enim
asinini sunt aculeis et calcaribus indigemus Unde dicitur in Ecclesiastico
Cibaria et virga et onus asino panis et disciplina et opus
servo Non ergo debes contra stimulum calcitrare nisi te volueris
iterato sicut vulgariter dicitur bis pungere, propter hoc etiam flagel
latus est rex Ezechias quia cum deus eum ab hostibus libe
raret gracias deo non egit et gravem infirmitatem incurrit

propter hoc Jeremias dicit se vidisse virgam vigilantem scilicet aliam nuxflatoris Nux enim habet amaritudinem in cortice. dulcedinem in nucleo quia amaritudo verberum et dulcedo gravitatis coniungari debent in puero verberato Quarto recipi debet puer cordis et operis obduratione dicit enim Ecclesiasticus Vir prudens et disciplinatus non murmurabit correctus Nam sicut testa vacua ad ignem crepat. plena non crepat Et sicut aqua pictorem lutum dissolvit. marmoreum vero pulchriorem efficit ita mali sub virga murmurat obdurantur maledicunt et calatrant / et implent illud Ecclesiastici precordia fatui quasi rota carri Carrum enim vel carrus fenum portat et quasi stridendo dum portat murmurat. hii sunt de quibus Jeremias dicit Percussisti eos et non doluerunt attrivisti eos et noluerunt recipere disciplinam. obduraverunt faciem suam super petram Et in psalmo. Verberaverunt me et non dolui. traxerunt me et non sensi vel Tanto periculosius quanto egrotat periculosius quanto in sensibilibus De correptionis moderatione que consistit in Quatuor. affectu. tempore. modo loco. sequitur

Post electionem eruditionis et correptionis videamus correptionis modum Corripiendi tempus et locum affectus doctus requiritur in doctore Ut non ex ira aut immoderata corripiat vel furore. sed ex zelo potius et amore. propter hoc martha testamenti quodlibet sunt ista tua virga tabule legis et manna Virga severe correptionis / manna mansuete compassionis et compassionis Tabule districtionis modus vel mensura est qua ut dicit Oracius in epistolis tractare molles etas nube alla solet Et Quintilianus libro 2o de oratoria institutione Ingenia puerorum nimia emendationis severitate deficiunt desperant enim et dolent ac novissime oderunt et quod maxime nocet omnia timent nec quid conantur lex enim humana sic moribus principis potestatem tribuit in minorum delicta corrigere pro qualitate delicti. quod tamen cum moderamine quodam ex mere pate quam concedi ut in immensum licet licencia non extenditur Nam pro atrocitas facti emendationis domestice modus excedit. placet enormes delicta reos. indicet tradi notionem Affectum aut moderatum voco illum qui medius est inter remissionem et crudelitatem quod dicimus clementiam Unde Seneca in ijo libro de clementia ad neronem Clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi vel lenitas superioris adversus inferiorem Illos aut crudeles vocamus qui puniendi causam habent. modum non habent. sicut pharaon aut busiris qui inhomines super humanum seviebant modum

Non turbidus pueris semper ostendatur vultus Nam inbe
cillos facit oculos qui ad alienas lippitudines suffunditur Vincentius
in p° v°. dicitur quod non semper puero arrideatur neque semper con
doleatur Tempus etiam congruum est obseruandum correctionis
ut scilicet non semper inferatur pena sed quando venia, quia tamen oportet
eas fit disciplina. parcere autem et punire fuit gratia. qui
nescit parcere. nescit punire Ideo Bernardus dicit. quod malis ali
quando parcendum est, sicut membris languentibus medicina mi
nucionis sanguinis et aliquando etiam differatur vindicta ut tempus illud
affectetur quo facilius correpcio operabitur cum phisica corporis
ubi usitata remedia non proderint ad contraria se querunt Ergo
ubi non proficitur severitate. utendum et clemencie lenitate Also
nus etiam requiritur Ut pro culpa et occulta. secreta et correpcio
facienda. publice vero pro publica Vincentius ad Thimo. 1o peccantes
coram omnibus argue. ut ceteri timorem habeant sed de occultis dicitur
Math xviii Corripe eum inter te et ipsum solum Et Bernardus ypo^9 pala
inquit arguendi sunt qui palam delinquunt ut dum vnus
aperte corrigitur. plurimi emendentur hec igitur insuper concludo
quod ita debet procedere moderata correctio, quod extra relinquatur modica
nus timor in puero Vincentius Bernardus Temperatus timor coherceat animos
assiduus vero et acer in audaciam iacentes excitat. et omnia ex
perire suadet Vincentius Boni parentes et boni doctores pueros
obiurgant aliquando minantur aliquando blande admonent aliquando
increpant. aliquando verberant Nemo autem sapiens ad exigenda
supplicia prevenit nisi qui remedia consumpsit Vincentius Bernardus pre
ut libenter dampnet qui cito ut inique assidue puniat qui
minuit et inferius Nonne pessimus pater videbatur qui assiduis pla
gis liberos eciam ex levissimis causis compescit Utrum at
preceptorum liberalibus studiis dignior qui excarnificabat
discipulos pro memoria illius non constitit aut pro parum
agilis in legendo oculus hesitit, an qui monicionibus
et verecundia emendans mavult Equum non crebris ver
beribus exterret domandi peritus magister efficiet eum formidolosus
et contumax nisi eum blandiente tactu permulserit Idem facit
venator quicumque instituit catulo vestigia sequi, qui qua
iam exercitatus utitur ad excitandas uel persequendas feras, nec
crebro illis minatur, contumelie enim animus et quietus est in
solis continuit trepidancie degunt Ut licenciam vagandi
errandi quam passim concedit adiciat huius licet tardiori a
gentes iniecta. que tum ad contumelias et iniurias na
ta sunt, minima sevicia coguntur iugum detractare Nullum
al morosius est nullum accurata arte tractandum quam homo et

nulli magis parcens **De hiis que pertinent ad discipu
lum informandum et de ordine procedendi in libello**

Executis hiis que ad doctorem pertinet nunc ad discipu
lum procedamus ad ea que pertinent ad discipulos informa
ndum agentes primo de doctrina quo ad statum inchoacionis
secundo quo ad gradum progressionis 3o quo ad statum per
fectionis Et quo ad statum inchoacionis primo tangamus ante
cedencia 2o concomitancia 3o consequencia Antecedencia enim vocan- que
animum discipuli ad discendum disponunt Concomitancia- que dispo
situm perficiunt Consequencia que perfectum ornant Extranea quo
impediunt Antecedencia sunt ut sit discipulus voluntarie subiectus ad
increpandum attentus ad audiendum. docilis ad intelligendum Be
nivolus ad retinendum Subiectus ingenio. docilis ingenio at
tentus exercitio benivolus animo. De voluntaria discipuli sub
iectione. et ista necessaria est ad minus ad tollendam superbiam ad
inducendam verecundiam et reverenciam ad firmandam
paciencian et ad tenendam obedienciam sequitur

Primo ergo subiectio est necessaria Nam paribus passibus am
bulare debent scolarium rudimenta et virtutum incrementa
de hac ergo subiectione dicit Boecius Qui non novit se subici non
noscet se magistrari Miserimum est autem cum sit magister qui se
non novit esse discipulum. Hec autem est subiectio necessaria. ad
tollendam superbiam ad inducendam verecundiam ad firmandam
pacienciam, ad tenendam obedienciam Superbia claudit oculos
et tumidos efficit quibus clausis et tumefactis vitalis radios
mentis oculus non agnoscit Unde ysidorus libro 3o de summo bono
Nunquam conveniunt legendo perfectam scientiam erogantes Nam quiqumque
sapientes in superficie videantur medullitus tamen archana verita
tis non tangunt quia superbie nube precluduntur, Hec autem super
bia secundum Boecium gaudet vestium variacione. sequitur pessimus
beneficiis. Cesariem polit calamistri tortuositate componit.
pectorum varietate lascivit multum fuco pollinit. novacula pilos
sepe preradit. gemmatis monilibus pectus ornat. ventrem cingulorum
varietate castigat. pinum aromatibus implet Ultimo ratio scolis
inter est. parum proficiat. parum prodest Rostratis lunulatis lacipi
pitatis perforatis laqueatis sotulatis calciamentis incedit. manicas
consuit. collo elato gutture inflato supercilio mutilato oculo
impudico et fatuoso processu incedit **De puerorum paciencia**

Ad firmandam pacienciam Senica in epistolis Vir bonus
quicquid ei acciderit equo animo sustinebit Et Therenc
ius Ex quo inquit tibi fuerunt comoda. equum est tibi ferre
incomoda Et Cyprianus in libro de paciencia Porro prudentia hic eorum

vrritur et laboratur nec sudantibus et laborantibus preter magis aliqua quam paciencie subvenire solacia Nec aliud magis iustos et iniustos discernit quam quod in adversis per impacienciam blasphemat iniustus et conquiritur et paciencia iustus probatur Denique paciencia est que nos deo commendat et commodat que iram temperat. linguam frenat mentem gubernat. pacem custodit. disciplinam regit. divitum potenciam cohercet. inopiam pauperum refovet. facit humiles in prosperis fortes in adversis. docet delinquentibus cito ignoscere et delinquentes multum et diu rogare fidei fundamenta munit incrementa spei provehit. actum dirigit hec Cyprianus Denique teste plone paciencia robur est totius philosophie Et in proverbiis doctrina viri per pacienciam noscitur. Sicut enim vinea putatur desectum quod palmites abscinduntur. et lacrime subsequuntur. et tamen ex hoc uberior fructus nascitur Sic pueri ex palmites novelli a magistro sapiente abscinduntur sarculo discipline. et sequitur fletus. et post fletum multiplicior erit fructus prout dicit dominus Omnem palmitem in me non ferentem fructum purgabit eum ut fructum afferat plus Sic eciam datur medicina amara ut curentur membra quia tollitur tali ergo ignorancie et putredo corporis Unde Claudianus Truncentur et artus ut liceat reliquis securi vivere membris Et omnibus de remediis ut corpus redimas ferrum paciaris et ignes Ut quo animo valeas quicquid tolerare negabis Iustius ut valeas multa dolenda feras Sepe bibit succos egrotus invitus amaros Et in allexandraide vi asperior sanat graviores pocio morbos Naufragium quod timeris iactura sepe redemit Nauta quod potuit et damnis damna levavit

Ad inducendam verecundiam et reverenciam eciam vide

Magnum est enim signum reverencie et quedam gloria est verecundie. scripsit subiectere Unde ambrosius in libro de officiis. Sicut in senibus gravitas. in iuvenibus alacritas. ita in adolescentibus verecundia velut quadam dote commendatur nam hec enim tenenda est puero in motu in gestu in incessu in locucione et in omni actu Unde multis sunt arguendi pueri inverecundi quidam. quorum iam ad tantam inverecundiam devenit quod se ipsos denudare inhoneste et turpiter turpia membra ostendere coram aliis non erubescunt mulieres osculantur et tangunt Sed quidam ita fatuus ut mulierem vellet osculari si collo eius vel ori serpens adhereret Dyabolus autem circa collum eius est dum illud ostendit ut homines attrahat. et lingua eius vipera dum blanditur ut venenum infundat propter hanc verecundiam incitandam verberantur pueri. sicut in capitulo monachi Unde anshelmus cantuariensis in epistola ad quemdam monachum

Audiui inquit ab abbate tuo quod maioris meriti iudicas cum
inobedientus se uerberat aut ab alio se uerberari postulat quam in capi
tulo ex precepto prelati non ex propria voluntate vapulat Quod non
est ita ut tu existimas Illud enim monitum quod sibi aliquis
sponte indicat regale est illud vero quod pro obedientiam in capitulo
sustinet inobedientum est illud sepe sibi reges et superbi diuites si
perpetiunt Illud vero non percipientes sed obedientes sustinent
Illi se soli deo humiliant propter preteritorum conscientiam Isti vero etiam
homini propter obedientiam et sicut dicitur Non tam fugio publicam
vapulacionem propter dolorem carnis quod etiam secreto sentirem
quam propter verecundiam Beatus quod ille forcior est qui hanc quoque
sustinens gaudet propter verecundiam bonam obedientiam Certum ergo
esto quod maioris meriti est vapulacio inobedienti tolerata pro obedi
encia quam innumerabiles accepte per propriam sentenciam Hiis autem in
verberibus verecundentur pueri dum tamen cum timore et reuerencia
ea sustinent Nouimus enim dominum saluatorem a pontificibus mili
tibus uerberatum Beatos apostolos cesos in conciliis a principibus
sacerdotum Nouimus et martires beatos virgines et flagel
lis duricioribus lamatos Ter virgis cesus est paulus et a
iudeis quinquies 39 violentos sustinuit ictus De multi
plici puerorum obedientia sequitur

Ad tenendam obedientiam sicut enim abraham domino
obediuit et Cristus non solum verbo sed etiam exemplo
in mundum veniens et in mundo manens et de mundo tran
siens obedientiam docuit Ideo Ephesios vi° filii obedite paren
tibus tam corporalibus quam spiritualibus Cum sicut beatus Bernardus
in sermone de via vite debent obedire libenter Non enim
placet deo coacta seruicia Bernardus et Cristus delectabatur in obe
diencia Et paulus libenter offerrebat se obediencie domine
inquit quid me vis facere Paratus enim erat facere quicquid
ei deus vellet precipere Ad hunc gradum non ascendit qui
voluntatis precipientis suam non fecerit Sed a quibusdam
quod fiebat inuito Nunc omnia dicit Quid vis ut faciam tibi
propter hoc in libro quaestionum Optime domine tuus minister est qui
non intuetur hoc audire a te quod ipse voluerit sed potius
hoc velle quod a te audierit Bernardus lucanus Tu quicquid
iubere uelis Et Therencius Nulla est tam facilis res
quin fit difficilis dum facias inuitus Obediant etiam pueri
Bernardus multos videmus postquam precipientis imperium multos fa
tere quomodo ubi hoc preceptum sit vix hoc venit cum complu
res inuenit Inde murmuracio inde frequens excusacio Impo
tentis prelatos aduocatos amicorum Non sic abraham fecit sed

simpliciter obedivit vere enim obediens respectu monitoris se habet
ut brutum non discuciendo preceptum Unde ut iumentum ait
factus sum apud te. et ego semper tecum Et in psalmo deduxisti
sicut oves populum tuum in manu Moysi et Aaron Obediant
etiam hilariter non velut ex tristicia aut ex necessitate hilarem enim
datorem diligit deus ut dicat Paratus sum et non sum
turbatus ne cum Symone cyreneo portet crucem angariatus
vel demonibus assimiletur qui de corporibus exeunt coacti vi
olenter Unde sicut nubilosa corporis disposicio et facies triste
tenebris obfuscata devocionem vel hylaritatem signant
ab animo recepisse. ita serenitas in vultu dulcedo in verbis
multum colorant obediencie obsequium Unde propter omnia voluntas
accessere bonum Obediant etiam velociter. quia secundum beatum Ambrosium nescit
tarda molimina spiritus sancti gratia Et beatus Bernardus fidelis obediens
nescit moras. crastinum fugit. precipientem prevenit. pedes itineri
totumque colligit ut voluntatem impleat imperantis Ut dicat
viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum Sic petrus et an
dreas Jacobus et Johannes ad primam vocem secuti sunt dominum salvatorem
Sic zacheus festinans descendit et Cristum gaudens excepit
Unde ut in proverbiis dicitur Vidisti hominem velocem in opere suo co
ram regibus stabit Obediant etiam viriliter sicut Cristus usque
ad mortem ignominiosam qui maluit amittere vitam quam obe
dienciam Unde beatus Bernardus ubi supra Si tribulacio intonat si persecucio re
sistat si malignum tuum iter impediunt. tu tamen obediencie viam
non deseras sed dicas paratus sum et non sum turbatus
Obediant etiam humiliter. ne de fortitudine operis elevetur
sed sicut in ewangelio Luce scribitur Cum feceritis omnia dicite
servi inutiles sumus Obediant etiam perseveranter Unde ut dicit
Bernardus ubi supra Incipere est multorum perseverare paucorum Et Apostolus dicit
Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit ¶ De voluntaria
distinctione attencione Ubi loquitur generaliter ex occupacione rei inferi
oris Adhibicione auris exterioris Collacione sermonis interioris
Revelacione virtutis superioris Et circa primum quadruplex impedimentum
notatur, quia multi turbantur exterius occupantur vera remedia
differuntur et falsa remedia conquiruntur Sequitur
de voluntaria attencione

Visto de distinctione voluntaria subieccione videamus de eius
attencione De qua Salomon in proverbiis dicit audiens sa
piens sapiencior erit et intelligens gubernacula
possidebit nam sapiencia per auditum acquiritur per habitum
possidetur. per usum effectum manciparur Ad hanc autem
attencionem maior generaliter ex occupacione rei inferioris adhibicio

auris exterioris Collatio donis interioris Conclusio virtutis super-
ioris De ex occupatione rei inferioris habebis illam primam Cum
in moratur actu percipiet sapientiam Qui enim vult in lectione
proficere magna opus habet recedendi a sensuum conspectu neque
et animum debet intus colligere ut virtus magis unita plus insista
possit vehementius intendere et acutius penetrare Sed hic per maior
impedimentum Nam interius perturbamur · exterius occupamur · vera
remedia differuntur · falsa remedia acquiruntur Primo Turbamur
interius cum infestamur vitiis Etiam affectionibus pravis animus ob-
strepit quem interius peccato consentit Otiosi videmur esse nec primus quia
nihil prodest quies plenarium · dum introrsus fremunt affectus Omnia
noctis erant tacite composita quiete falsum inquit Seneca Nulla
placida est quies nisi quam ratio composuit Nam nox dormi-
entem · exterius quiescentem · somniorum compositum (?) anxietas
premit Secundo Occupamur exterius · semper enim occupationes prodeunt ·
et de una plures exeunt illas [illegible] quas extirpare debemus
Unde Seneca · Non debemus occupationibus indulgere · excludende
sunt si semel intraverint in locum suum alias substituent principiis
earum illarum obstemus · melius non incipient quam desinent Tercio
vera remedia differuntur Damus enim nobis dilationem non
morbi perdimus causam vel occasionem Unde Seneca in ipso illud dicit
Cum hoc peregero toto animo incumbam · et si hanc rem mo-
lestam composuero · studio me dabo Non cum vacaveris philosophandum
est Omnia alia negligenda ut huic assideamus cui nullum
tempus satis magnum est · etiam si a pueritia usque ad longissimos
humani aevi terminos vita producitur · non multum refert utrum omit-
tas philosophiam an intermittas Non enim interrupta est manet Quarto
falsa remedia conquiruntur · cum evitatur exterius plenarium et non vita-
mus interiorem strepitum · Contra hoc Seneca Peream si est tam necessarium
quam videtur silentium in studio seposito Ecce undique me varius
clamor circumsonat supra ipsum balneum habito Et sequitur animum
non cogo sibi intentum esse · nec ad vocem extrema omnia licet foris
resonent dum intus nihil tumultus sit · dum inter se non rixen-
tur cupiditas et timor · dum avaricia luxuria quam non dissi-
deant Et in leve illud ingenium est nec sese ad huc reducit
introrsus quod ad vocem et accidentia erigitur habet intus aliud sol-
licitudinis et hoc quod concepit pavoris quod illud curiosum faciat
ut ait Virgilius videtur et me quem dudum non ulla iniecta
movebant Tela neque adverso glomerati ex agmine Grai Nunc
omnes terrent aure sonus excitat omnis Suspensum pariter onerique
comiti quam timentem parum enim proficit ad tranquillitatem locus
sed magis animus Videamus enim sequitur in civitate amena

et hylari vultu mestos et in loco solitario occupatos ¶ Decimo ad
hibitione auris exterioris ut audiat a magistro presto subplecatio
sine fastidio et sine dubio.

Sequitur de exterioris auditus adhibitione Et in qua sunt
notanda differentia primo ut audiat ex ore magistri proposito, quia
ut dicit Ieronimus. habet nescio quid latentis energie. viuorum
operatio vive vocis actu et de doctoris vel auctoris ore transfusa
fortius sonant Vnde Ieronimus paulinum hortatur ut viam sapientie
sine doctore non ingrediatur Et in libro de viris illustribus
Cum nullus magister sequitur primum pessimus de semetipso fit magister
Et Simachus in quadam epistola dicit Apparet esse negocium in ti
mandis in dominum iuventutis Secundo est ut audiat subplenas sicut
dicit ecclesiasticus audi tacens et pro reverentia accedet tibi bona gratia
Vnde et discipuli pitagore leguntur per primum quinquennium tacuisse
se Tercio ut audiat sine fastidio sicut dicit Ambrosius in libro
de incarnatione xpi Cuius aures tamquam ceto et plumbo clau
duntur et fastidientes audiunt Vnde et ayt varro ad auditores
atheniensium Senex phia stomachum fastidientem et ad sumptionem
cenam hilarem invitat quinimo Quarto ut audiat sine hec
preparationis dubio Unde eciam credendum qui discit Vnde boecius de dis
ciplina scolarium primum sepiusdem credendum est donec videatur. deinde
fingendum est illud errasse doctorem si forte inveniat quod
ille sine obviat Vnde hugo de sancto victore dicit pitagoras
hanc consuetudinem in studiis suis servasse legitur ut usque ad septe
nnium secundum numerum videlicet septem liberalium artium nullus discipulorum suorum
de hiis que ab ipso dicebantur rationem poscere auderet. sed fidem
daret verbis magistri quousque omnia audisset et tunc iam per semetipsum
rationem eorum posset invenire De collatione rationis interioris qua
dupliciter sit cum anima verborum sensa capit Cum a sensibus eciam
se substrahit Cum intus ea que concepta sunt discernit Cum
pure intelligit.

Sequitur de rationis interioris collatione Vt eciam ait augustinus in libro
de ordine Ratio est motus mentis ea que discuntur distin
guendi et connectendi potens. hec autem sit quadrupliciter
primo cum anima rationis vocum sensa capit Secundo cum perceptis eciam
a sensibus se substrahit 3o cum a carne substracta intus ea
que sunt concepta discernit 4to cum ea que discreta sunt
pure intelligit Primo igitur anima rationalis vocum sensa capit
que sibi mediantibus sensibus apprehendit quam viam ratio
adinvenit Cum eciam homo sit animal rationale racione utitur. et
ratione in mente que omnibus hominibus communis est. Ho aliis
hominibus preatur sed hominibus, homines sociari non possent

nisi colloquerentur ad invicem et mentes suas sibi cogitationes
que refunderent Ideo rebus imposuerunt vocabula. sonos. sed
quosdam et signa sensitiva. ut quia sibi non poterant ad
invicem sentire animos. sensu interprete uterentur ad eos
sibi copulandos Sed absentium verba non poterant audiri
et sic ratione prima litteras opportuit et exigit inveniri Sed
propter rerum multitudinem. innumerabilia opportuit redigi ad
aliquam certam et fixam terminationem. et invenerunt terminos [illegible]
et sonos aut signos. inventa est grammatica et omnis scientia
tam trivialis quam quadrivialis que quidem et de signis et
signatis Unde si quis diffinitiones videre desiderat secundum librum Augustini
de ordine legat. et sic sic intelligat Ergo litterarum signa
primitus omnia [illegible]. et per litteras ad verba venitur et verbis me
diantibus ad scientias penetratur. et ideo per usum et consuetudinem
comparamus nobis primariam notionem Et sic augentur nobis nes
cientibus vel vero non advertentibus. ita corpora puerorum
sic crescit nobiscum per assuetudinem et magis industria
scientia paulatim Unde Seneca in suis epistolis ait Quemadmodum quedam
animalia cum mordent non sentiuntur adeo tenuis illorum
et fallens in periculum vis est Tumor indicat morsum. et
in ipso tumore nullum vulnus apparet Idem tibi in conversatione
virorum sapientum eveniet Non deprehendes quomodo aut quando tibi
profuisse deprehendes. Licet ergo et verbis recte perceptis
et ipsi firmatis a sensibus se subtrahit Cogitavi inquit ille
sapiens abstrahere a vino carnem meam ut animum meum transfer
rem ad sapientiam Vinum est a vino quod inebriat et alienat
nisi abiurum carne vel appetitum carnis et sensuum qui puri
tatem cordis inmutat Unde Augustinus in libro de quantitate anime
Anima humana propter rationem et scientiam. suspendit se a corpore
quantum potest et ea que intus sunt voluptate libentius quanto plus in
sensus declinat magis tanto similiorem hominem pecori facit Hec
Augustinus Certe sapientia habitat in sensibus Ad quam exigi noluit
qui remanet in carne et sensibus carnis Unde merito
bestiis comparantur qui carnem et corpora intuentur. Homo
enim cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis
et abstractus ergo a carne et sensibus tuis discerne scientiam
verborum a verbis scilicet verum sonum adamare, sed scientiam que
latet interius ad mentem Ut cum audimus hos versus Clau
dium occeano superant se tangere polos hiberni vel taro
mora noctibus obstet Aliter cum laudatur metra. aliter
metrorum scientia Magis vel curat animam de suis rerum quam de
fallaciis verborum. quia ut dicit Dionysius in libro de divinis.

Irrationale inquit et stultum est non virtuti intentos sed orationis
attendere Et decem multa operis impendi verbis non oportet
hec sit propositum nostrum summa quod sentimus loquimur et quod loquimur
sentiamus non delectent verba nostra sed prosint, sed tamen contingere elo
quencia non sollicitos sit si aut parata est aut parvo constat assit.
ut res pulcherrimas prosequatur, sit talis ut res potius quam se osten
dat Sed quia anima vincta est carni corrupto ideo nimis difficultas
est maxima in discernenda veritate Unde in libro de spiritu et anima dicitur
Ex quo anima carni corrupte iungitur . corrumpitur . nec species
suas sit exercere . donec usu et experientia et aliqua doctrina
excitata . incipit discernere veluti si quis cum subtili acie
oculorum in tenebrosa detrudatur videre tamen non sit ibi nisi prius
assuescat tenebris et lumen attendatur Ergo ad lucem veri
tatis prius oportet venire et tunc possumus intelligere et cum ad lucem veritatis
venimus illo mediante vel se manifestante veritatem intelligimus
et falsitatem arguimus Unde inquit propheta In lumine tuo vide
bimus lumen Et pauli testimonio . tenebras arguit ipsa lux
Nec sit anima quecumque pure intelligere nisi prius reddeat ad se
et gradatur se supra se prout dicit Augustinus in libro de ordine et de
quantitate anime Cum enim anima rationalis habeat essentie simplicitatem
ymago dei est vel ad ymaginem . et ex hac similitudine habet
intellectum naturaliter agentem qui est sicut lux separata Cum enim
anima rationalis sit preter hoc ex similis 3 unibilis corpori organico
cum eius unitur parum perficitur intellectualis eius natura et habet
intellectum possibilem ab ymaginacione et sensu accipientem, et cum sit
hec natura simplicissima ~~separata~~ a materia secundum se sit intelligere omnia, non
sicut natura simplicius que tamen quedam apprehendit . cum ipsa sit
actus organi corporalis Et secundum exemplum Avicenne flamma adherens
lignis aridis et cremabilibus aliquantulum fumosa est ubi ad
heserit eis . sed ubi evolat in purum aerem distans a lignis a
erem illuminat et perdit fumosam eius flamme et in actu
pleno sit est lucis Sic anima intellectualis ex ea parte qua
appropinquat ad virtutes corporeas organorum que sunt yma
ginacio et sensus, est quasi fumosa et efficitur impotens ad intellectualia
sed in actu lucis perfecta . secundum philosophum tamen 3 ut separata, et
ideo intelligit cum ad se abstracta redit . et se super se
convertit Et separata dicitur quia non utitur anima hic intel
lectu plene secundum contemplatores summe philosophie nisi cum fuerit in
ultima prosperitate **De revelacione virtutis superioris ubi eciam**
tangit revelacionis exemplum anime statum . Revelacionis processum et revela
Sequitur de virtutis superioris revelacione complementum
lacione Cum igitur sensus exteriores ut auditus et visus

homines interiorem vel intellectum quod audierunt vel viderunt
renunciant, et anima ad se redierit et se supra se quesierit
tunc intelligit ut deus est. tunc iudicat tunc discernit et ad
revelata veritatis innotescit. Unde illi soli patet credo vere et
recte iudicant et intelligunt qui vocem foris acceptam intus cum
veritate conferunt, sed homines exterius vagantur. extra se qui
deberent redire in se. Nam per verum est quod x libro confessionum dicit
Augustinus artes liberales in recondita parte memorie nostre et in
loco memorie abdito eos habebam antequam artes discerem quarum
scitus per doctrinam plenarias videmus nobis innotescere. Nam
rationes numerorum sunt in anima non impresse per sensus exteriores
imperpetuas ymagines vel similitudines quia non sunt colorata
te gustate contrectate, non sonant, non olent, nec sunt
sensibiles. Hinc igitur sit fiat. unde alibi dicit est quod per visum ca
tes ad discere vel intelligere. nichil est cogitando ea que sunt
scita recolligere. et ad mentis puritatem intrare ibi veritas
scita recolligere ibi videt, ibi se re
presto est omnibus consulentibus eam, ibi videt, ibi se re
velat licet non omnes eque liquide videant veritatem Na
turam et nos foris Et ideo si volumus eam cognoscere. re
vertamur ad secretum cordis. ibi choruscat et splendet cla
mat et docet Et quia de hac revelatione est deus diffinitus
in tractatu de doctrina dei et angeli. quedam pauca ad
proposita tangimus in presenti considerantes hoc per revelatione
exemplum. hic status, revelatione processum et ipsius complementum
Exemplum ergo patet ex ligno ardenti Primo enim elevatur fumus post
flama et luce Secundo flama cum fumo et luce Tercio lux
pura sine fumo et flama Sic primo anima discentis in
tenta sensibus carnis. obvolvitur fumo ignorantie et caliginis
sed cum apprehendit verum doctoris. aut excitatur ex eius. lux
incipit choruscare. quod mixtum est fumo. et fulmine quod
repugnat contra ignorantie. et inferre per multas dubitationes
et post multas rebelliones procedit contra quam lux pura
Et iste sunt 3 status anime. primo ignorantis Secundo dubitantis
3o scientis et veritatis revelate lucem videntis Omnino vero
vero status iste est naturalis. Est enim posita anima rationalis in ori
zonte duorum mundorum, sensibilis et intelligibilis inferioris
et superioris Est aut sensibilis vel inferior mundus. Regio
tenebrarum quantum ad intellectum nostrum qui nichil videt in
rebus sensibilibus ut patet supra. sed ab intimis illuminatur ad
cognoscenda intelligentia nec possunt sensibilia illuminare
intellectum in mediate. quia impressiones et per se sed per sensus
et ymaginationem et memoriam quod in mediate. quia impressiones

a rebus sensibilibus non veniunt in mẽ ate admittetur, nec
intellectus receptibilis est formarum sensibilium. sed legit in
ymaginatione et memoria reliquias impressionum que relinquuntur
in eis ex apprehensione sensuum et secundum illud operatur sensus cum stat
foris impressibus formis et intellectus legit intus percipit non eius
ostendit unde intellectus dicitur qui intus legens et ascendit usque
ad mundum intelligibilem et lucem eternam que deus est que
supereminet animam et tangit eam a virtute unde per liberam esse et
sanam. facilius se erigeret ad regionem lucis et intraret mente
quam modo se inclinet et intret in tenebrarum regionem sed quia nunc
inclinatur impressibilia remanet eius virtus intellectualis quasi sopita
et virtute inclinato ad terram more peccatis inclinata est aut re
uelatorum processus iste, sic dicit Ovidius in libro de natura deorum
Si quis temperate uteretur cibis et potibus et in maculatum se cus
todiret vincens hec senectus corporis et virtute deorum Animas
igitur humanas a rebus exterioribus et etiam a propriis corporibus quod
animo oportet abstrahi ut appropinquet prime luci vel eterne que super
eos est per naturam Vel alii luci ut angelice que ad eas illumi
nandas mittitur per dei gratiam. et ita constituta in virtute mentis equali
in puritate et serenitate. seipsam extrinsece superat, et cum sit ymago
dei quod in se scriptum est vel acceptum vel infusum est legit
et esset ei liberum quod se super se leuaret legeret et intelligeret
nisi corruptio impediret Unde quidam platonici corpus execrauerit
et clausa via visus acies mentis humane non habens qua
exiret per visum, in ipsum cogeretur reflexus intellectus Ubi lege
ret multa de absconditis in seipso tamquam in libro lucis et scrip
ture naturalis Nam virtutem mentis sensus attenuat, clausus vero
congregat colligit et conformat Exemplum habes de istis in libro de
visu et speculis Sed unde dixi corruptionem hanc impedire reue
lationem quia feculancia peccatorum alligatio anime ad cor
pora naturalis etiam complexio que impedit vires nobiles sicut ut
dicit Galienus flegmatica complexio anime nullam virtute innat
sollicitudines et res corporales que nimis intrant ad animam et
mentem impediunt et mente abstrahi non permittunt Sicut
inscriptio tabule prohibet aliam inscriptionem et plenitudo
vasis de uno liquore prohibet alterius receptionem Et ideo dicit
aristoteles omnes ingeniosos esse melancolicos. et melan
colicos esse ad huiusmodi illuminationes et reuelationes magis
ydoneos. quia illa complexio magis abstrahit a mentis impedimentis
a delectationibus carnis et tumultibus mundanis etc patet
quod impedit ista reuelatio ex quo triplici maxime conue
nientia huius aut natura prestet auxilium ad huius reuelationes

·tū exigā dei et mundicia sunt mentis propter mentē vera
dilatacōes Vix eīn inveniuntur aīe que n̄ aliter a corporibus
extrahuntur et intra se reuocantur et ad lucidissimā veritatē
que deus est altius attollantur propter impedimenta q̄ exigibus i aīa
mabus q̄ sunt paucē alligacōe uel adhesiua ad corpora uel
corporalia magis est abilis iste modus Nam propter alligacōes sua
lem faciles et abstraccōes, et propter faciles abstraccōes sunt in
spu̅ effectu uel esse in spu̅ est secorpus esse a regiōe tenebra
rum et liberum a pluralitudinibus et cogitacōibus venientibus
in aīas nrās apte regionis illius Et esse in corpore est in
mergi in corpore · et ideo paries corporis impedit radios illu
minacōis Can̄ En ipse stat post parietem nrm̄ Eze· fili homo
fode parietē Ergo iste paries transfodiendus est quod fit in mor
te corporis · aut ab apertura facienda ut sit aīa in spu̅, tū spli
cia spualiter in captu̅ · cū aīa tota eleuatur super se · nichil
cogitans de se uel corpore In aliis aut particularibus eleuacōi
bus longe boni hinnis q̄ per cancellos et aperturos recu
sunt radii illuminacōis · q̄ choruscacōes in mediis tenebris
De quo lume in psalmo Signatum est super nos lumen vultus tui
domine et vultus tui domine · i luminosus vultus tuus qui non est aliud
q̄ tu · hunc vultū tuum illuminans nos domine per inspiracōes nobis
splendoris reuelacōe aut grē · quod dicitur esse signatum · i clau
sum, quia quibus fiet et quando · soli deo tibi est notū, De dispo
docilitate ad quod considerāda sunt iiii^or · eius continencia efficacia
excellencia secundum subiecta in quibus et diuersa Continencia et in iiii^or
Ipso de disposicioni voluntaria subiectōe et eius attencōe hic
3° dicendum est de eius docilitate Quia ut dicit Aristo
ang Bic officium et preceptorum docē, sic discipulorum dociles se
prebere Et secundum Cathonem Nec pudeat que nescieris te vel
le doceri Scire aliquid laus est · culpa et nil discē velle
Est ergo docilitas docendi habilitas Ad eius cognicōem considera
da sunt iiii^or · eius continencia · eius efficacia · eius excellencia · eius
secundum subiecta in quibus est differentia Est aut eius continencia in iiii^or Nam
bene docilis homo dicitur · qui bene tenet sensata in tempore accep
tas Qui bene tenet intencōes ex sensibus per estimacōem elici
tas, qui bene redit ad sensibilia accepta, redit dico per recordacō
nem Qui bene redit ad intencōes ex sensibilibus elicitas, re
dit dico similiter per recordacōem Vnde homo qui secundum hec que
dicta sunt in memoria participat bene est docilis · male aut secundum
quod magis et magis deficit in predictis Et secundum recordacōem inte
tionum magis viget docilitas Magis docibilia sunt aīalia q̄
sunt ea que sibi imparantur secundum intencōes magis [illegible]

qm alia eis efficatia quia homo qui est docilis et discre
perceptibilis · ea q videt et audit dz diligent' attende et con
ferre ex collatis in co[m]ia re[cte]tis ea q sunt experta pune, et
ex illis vniu[er]sale deputatu assume put z p[ro]d[u]m artis
uel sci[enti]e · q sedm ep deficiunt cetera alia nigl et nigl inue
niuntur docili uel disciplina[bi]lia Ex iam dictis pz q ea que
dicta sunt excellent in hoie ho z al maxie docile q dis
ciplina[bi]le nullu eni aialm e disciplina[bi]le · nisi cu instinctu
nature · sine intellectu · et sine roe Du solus ho ex docili te
et discip[li]na p[ro]ficit ad p[ro]p[ri]a tria · ad scias vzt contemplativas · ad
methanicas artes ad virtutes moales Nam in hijs omibz
requir[itur] roïs vsus cius eni cu s roe factiua e eor q fiat
Et scia contemplativa ul spec[ulativ]a ro[ne]m requirit et instruit · et a
roe procedit Virtus est z mediu q[ui]d determinata roe prout
sapiens determinat attint[et] Et io nu[ll]m aialium disciplina[tur] ad
aliq[uo]d istoz tu[m] p[ro]p[t]er hoiem solum Nam docilis z max
ime · q[uia] p[er]fectos sensus ht discre[ti]ue visu sz et auditu visus
eni deservit i venatione discre[ti]ue Et eni h[ui]g[m]od inuentio no fiat
n[isi] roe in co[m]ias et pensata conferetio · no q aliq[uo]d al brutu
visu disciplina[bi]le q[uia] no ht facultate[m] inuenire ex similiu
collatoe Sz audit[us] disciplinabilis est ex signis reru · et io
q aialia sut docibilia p auditu Cu ari igitur oe q[uo]d
aliq[ui]s scit aut discens aut inueniens nouit · et[iam] duo sut
modi docibilitatis et scias acquirendi per inuentione[m] visus
et p doctrina[m] auditus Non e mirum s homo excedat in do
cilitate respectu alioz Sz de decr[et]o est q hanc docilita
tem non p[ro]ducit ad actu · eu sit hoc in eius facultate so
sicu[t] put t[ul]lius in libro de oratore dicebat q na aut
fortuna dedit hominibz in hijs rebus se vinci posse equo
animo pati que ipi hoies parare possent in hijs rebz
se pati no posse vinci Dociles aut dicit Tulius in Rhe
torica auditores habere poterimus s summa[m] breuiter
exponamus Et s attentos esse faciemus Nam docilis est
qui attente vult audire Ex iam dictis patz in p[ar]te c[ontr]a[ri]a
Cum ho maxime docilis e p[ro]p[ter] homines pigmeos et simea
deinde cetera sedm d[ic]tas spe[cie]s vt sunt terrestria ul gressibi
lia reptilia volatilia aquatilia Optius e eni in hoie au
ditus sicut z ad discipl[i]na[m] aptus Cu ma dd vocem audit i
tencoz vocis intelligit et affectu loquentis p[er]cipit Et ideo
sermo e instrumentu quo scia docentis in discipulis transfertur
animus p[ro]pter hoc viva vox e efficatior ad docendu q[uam]
scriptura librorum que leas audit sz mo reru et gestus

et motu et affectu no exprimit. que ad loquens ondit
In hoc est put sensus tcti nobiliores et aliq certitudie
certiores et publiciores Nam put forma lucis est eadem
in sole et aere et nube corpe terminato. lux tamen quod
magis descendit a sole magis at magis coartatur et ad
colores nam determinatur Sic dispna variatur et despect
scdm diuersas subiectorum Nec mirum cum ex hoc videamus
de forma artis que est in mente artificis quam exequitur manus
respiciuntur ibidem vel notorie a notitia quam inferunt memorie
secundum quorundam superstitionem et errorem. Harum due sunt species. ma
ior et minor. ambe prohibite. ambe dampnate. quas cum
ego diligencius perscrutarer inveni orationes devotas superstitio
tenus que sic credo apponebantur ut alia tanquam crederent. in verbis
etiam multa nomina nec greca nec ebraica nec latina. quorum non ap
paret nescio si adhuc inventa est intelligencia. Aliud est quod ibidem
declaratio certa observatur horarum. quam sequatur efficacia per vir
tutem astrorum. Aliud est quod sunt ibidem mirabiles note et pro
tractiones que eorum inspectione dicuntur conveniunt in memoria pre
fate artes. Et quod ad propositum aut ad oppositum sunt scio (?) sed
sic fuerit facta protractio linearum nec scio tamen hanc approbat
theologus immo gentilis philosophus uti Tullius in Rethoricis Cum
inquit nobis abundant quecumque remove ut ne quid ipse
fecit cum nos illa omnia parata quesita quod tradas pre
terea sicut ne alius alia ingenii commoveri. Quare sibi pro cuique
commodo conveniunt ymagines comparare. Hec etiam in meditando.
maxime confertur memorie Nam meditatio figit animum intencionem
circa rem aliquam Est enim meditatio secundum Hugonem frequens
cogitatio modum et causam et rationem uniuscuiusque rei investigans modo
quid sit causam quare sit rationem. quomodo sit Vel secundum Richardum
meditatio est studiosa mentis intentio circa aliquid investigandum
diligenter insistens Est autem meditationis triplex species. una in
creaturis alia in scripturis 3a in moribus Prima surgit
ex admiratione, 2a ex lectione, 3a ex circumspectione In primo
admiratio questionem generat. questio investigationem. investigatio
inventionem Et ideo in secunda meditatione que fit in electione

sic procedit. quia lectio ad agnoscendam veritatem manum ministrat
meditacio coaptat. racio publicat. oracio apponit. contemplacio in ipsa
exultat vita Instructivus meditacio est. quod sacre scripture ostendat Exem
Scriptum est declina a malo et fac bonum Cum lectio accedit me
ditacio. lectori investigamus. quare dixit prius Declina a malo
postea et fac bonum Et racio invenit publicat. quia prius mala ger
mina radicantur. postea bona plantatur. et inde operacio sequitur. quia
sicut reus est qui non malum declinat. ita et ille qui bonum non
facit quod facere debet peccat Contemplacio vero gaudet qui veritatem
primam agnoscat in rebus ubi veritas antiqua mentis apparet De
meditacione vero supra dictum est. et adhuc infra dicetur de hoc ad plus
sufficiat Modus eciam memorie confert Est autem modus memorie triplex
collectivus. divisivus. et expositivus. suppositivus Collectivus in confluendo.
divisivus in enumeracione Expositivus suppositivus in recordando Unde
hugo de sancto victore dicit Memoria collectio sicut ait Sicut ingenium
dividendo investigat et invenit ita memoria colligendo custodit
Oportet ergo ut que discendo divisimus. commendando memorie col
ligamus Colligere enim est de quibus prolixius vel scriptum vel dis
putatum est. ad brevem quandam et compendiosam summam redigere
que a antiquioribus epilogus; brevis recapitulacio supra dic
torum appellatur. hec namque omnis tractatus aliquod principium cum tota
rei veritas et vis summe innititur et ad ipsum cuncta alia referun
tur hec querere et considerare. colligere est. unus fons et multi ri
vuli. quid abstracta fluminum sequeris tene fontem et habebis
omnia hoc ideo dico. quia memoria hominis hebes est et brevitate
gaudet et si in multa dividitur fit minor in singulis debemus ergo in
omni doctrina breve aliquid et certum colligere quod in archa
memorie recondatur Unde preterea cum res exigit reliqua diriventur
hec enim sepe replicare et deventre memorie ad palatum revo
care necesse est ne longa intermissione abolleat Modus autem divisivus
est ut sicut dicit Marcianus Si longiora fuerit que sunt edis
cenda divisa per partes facilius inherescunt Unde Eutherciades
ex maxime memoriam adiuvat divisio et composicio Nam
memoriam vehementer servat ordo sicut accepimus ex sermonibus
quivis Tamen hoc attende quia non semper eo ordine quo accepta sunt
decet repetere sed oportunis locis supponere Ordo divisio incipit
a finitis et ad infinita gradatim progreditur Omne enim finitum magis
est notum et magis sub comprehensionem Modus autem expositivus suppo
situs est qui procedit per similitudines Unde Tullius precepit ut qui rem
aliquam voluerit in multis similitudinibus figuret id quod voluerit
retinere Ut si volumus recordari eius quod adversatur nobis
in iudicio, ymaginemur aliquem in obscuro magnis columbis

in medio contra nos veniret. Corona enim ducit memoriam
in reminiscentiam adversarii. et memoria lactis reducitur per album
et ita de aliis ut de arte memorie. Et Tullius distinguit du-
plices similitudines rerum et verborum. Rerum quidem totum factum sub yma-
gine simili vel similitudine vel contrario ad memoriam reducimus ut dominus z
de cornibus. Et ponit unam repositam quadam notitie et insignem
quodam negotio quamvis. ita arte dicit ymitari naturam ymagines
vero constitue oportet rerum in memoria retinendarum sicut dicit Tullius
nos Sic id accidet si quod maxime notatas similitudines constitu-
emus si non multas nec vagas. si quid agentes ponemus
ymagines. si egregiam pulcritudinem. aut unicam pulcritu-
dinem eis attribuemus si aliqua re exornabimus ut si coronis
et veste purpurea quo nobis notior sit similitudo aut si quam
rem deformabimus turpem aut si cruentam aut ceno obli-
tam aut rubrica delibutam inducamus quo magis insignita
forma sit. aut si ridiculas res aliquas ymaginibus at-
tribuamus Nam ea res quoque faciet ut facilius meminisse possimus
Nam quas res veras meminimus facile eas fictas et de-
ligenter notatas meminisse non difficile est. De ymaginibus
autem verborum que infinita sunt sicut infinita verba non oportet hic dis-
serere nec multum approbo libellum qui ab aliquibus dicitur et dicitur
liber de notis Senece per quem tamen aliter monetur et aliis
similitudinibus aliis et aliis Illa autem est bona memoria ut non
tam firma sed celer celeriter comprehendere res et verba comprehendantur
tamen magis impressa est rebus quam verbis Unde Eutherladeus
In omni memoria observandum est ut non tam ea contineamus
unde etiam cito percipiamus. Cuius pars maxima exercitatio est.
quam exercere oportet primo poematibus. deinde orationibus. novis-
sime operibus. et nocturnis meditationibus. quod tunc facilius et fir-
mius retinemus quod minus intencio animi vocatur Et post ista co-
gitationem vel lectionem nil amplius cogitamus. et statim capiamus
quietem. et semper ad verbum ediscendum est si tempus permisit, si
non res ipsas solas tenebimus deinde verba eis accomoda-
bimus. nec consuetas nobis ignoscere Nam et ad motum et curiosi-
tas ad librum respicere vicosum est. sed nam memoria durior
fuit. quam non suffragabitur tempus. quid facias Non te ad omnia verba
astringebis Nam oblivio vix ubi aut deformem hesitacionem aut
celeriter pleni indicet hec ille Non quod dixit Capimus quietem
Quod videtur Bernardus exponere in epistola ad fratres de monte
dei dicens Iturus in sompnum semper aliquid defer tecum in memoria
vel cogitatione. in quo placide dormias. quod non numquam et
sompniare iuvet. quod et evigilantem te excipiat et in

statum hesterne intencionis restituat sl' tu nox pt dies illuiabit'. et nox tua illuiacio eit in delicijs tuis. plati de abdormies. impate quiesces. facile euigilabis. et pit ges facilius et agilius eris ad redeundum ... vn non totus distessisti sobrium cum ab imi sobrium qs potu sequet' sobrius ssq et sompnus Carnalis vo re et brutus et pant de' lentus. ab horandus z sumo dei. De quo no pq gmaz quiete facile est sensus z corpors et mentis evocare z qi suos domus patufamilias ad opa nata spm pstatae et remitte re Hic agi' de ronis unio quantum ad pridem effectum transformati et fucem.

Racione duplex ee nctaam pq ssm ingenium et memoria hec em ita inuicem coheret. ex altera in nobis pnc altera. officium pm implere no vz Na mea na sequta pt et querctus et me'te quoda pm quod in ara teneq qiugis Ros vo delirus oibq indicaq nec ee in nobis memoria recordam pt pnc rom nc ro pnc memoria pt aliquatis distenc pnc indicare Conpdeq go ronis in iem extatum indicium vicum Caiitum ad intam gpdea pm effectum et cam vn pstapit' anam pnc pdeau cu inseret' rforma f. expige'a qua initut' fine ect quo psia' Caiitum ad cam effta'ntez. gsidea vnu ee rom pstam que pstat om reru pnam. hec g reru om intedoz. qe tu oia roe facta sunt. effectus omis. pia ta est pqtecior Nam si mundq fctq e. ro fuit ut fiet mundq pior go ro qm mundus. f an mundu intell. nisi deq. Ro igi' etna. et ics qa deq etnq Na nec ro pnc do fuit. nec si roe deq esse potuit Et ut dugq in epla ad Enodium Connexio at atz vnicio ronis ad deu et dei ad rom. patris ad filium. filj ad prem. pid'a si quoddo et cas existendi pstant. qe alteru si alteo ee no pt. defici' in verbis et quotmcqz dia' ne plea' Utz aut germe ronis deu dicaq. an dei germen rom. qe nec fructq si radice esse pt. nec radix pnc fructu ali' bili do pt duc ta ut quo dda intellige'c de deo pgnc' Vnut enim et in grano tritici ro fecundas. quo sterile no pmt' nou haberet esse/ s itm si granu tritici no eet exorire ista pduteet ro no haberet Cum igitur ro si deq est. aut oudat deu rom. aut rom esse deu vnd quoddo altum oudems. no ouditur nisi psslm pt. nec silms oudi' nisi p ples ab hac go rom eterna ro psiapit' et hnanc pnc intellectuals incti inpreit' Nam ronals

spiritum vis gemina est concessa a deo qui est ratio eterna. Ratio
scilicet qua discernat et affectio. Regule summe iusticie coap-
tatur. et per studium sapientie frequenter induitur. Ratio ad exercitium ius-
ticie. et lya iacob supponitur. dum rachael in cubili desi-
deratur. Nam ut in libro de xii patriarchis. In cubiculo rachael
toties queritur quociens in lectione sacra spiritualis intelli-
gentia indagatur, si quidem ad plenum penetranda non
sufficimus. Dum cupitam diligenter quesitam rachael nondum
invenimus. et tunc gemere et plangere nostram cecitatem incipimus
et sic pro rachaele lyam invenimus. Sic ergo iam a nobis perfecta
ratio et mente rationali insita per experientiam instruitur. et ut scientiam
acquirat. in multis et variis exercetur. Est enim ratio animi vigor
aspectus animi quo per se ipsum non per corpus verum intuetur. Ratio-
cinatio vero est rationis inquisitio. Hoc est aspectus eius motio per
ea que aspicienda sunt. Ratiocinatio querit. ratio invenit. aspectus
hic in aliqua re quiescit cum eam videt. Scientia cum non videt
hominis est ignorantia. Et hic multa discimus legendo. multa au-
diendo. multa ex insito nobis rationis iudicio. nunquam tamen rationis
perfectionem que in vera discretione consistit prius obtinemus quam
experientie magisterio. Sicut enim singulis virtutibus sollicita
gemina studium frequens impendere. quod dum facimus. nonne est nobis
sepius cadere et omnibus se resurgere. et per frequentem lapsum addiscere
qua vigilantia qua cautela oporteat virtutum bona acquirere
vel custodire. Sic in rationis oculo lux veritatis vel felicitatis. sicut
in eadem facula per vices alternat. merces rationales adversi-
tatis et sapientie luce illuminant. Perficitur ergo ratio tamen que exer-
citata ante est vegetata. in cognitione veri creati perdu-
citur ad plenam cognitionem sui et inde sublevatur ad contem-
plationem dei. Sursum enim cordis oculum erigit ad videndum
deum qui non solum est ydoneus ad videndum et cognoscendum se
ipsum. Et quod satis mirabile videtur ubi moritur et occumbit
ratio ibi perficitur. Cum tamen mens hominis supra se ipsam rapitur et
omnes humane rationis angustias supergreditur. Ad id enim
quod supra se elevata et in extasi rapta de divino lumine
conspicit. omnis humana ratio succumbit. Hinc humane
rationis perfectionem dixerunt ad defectum in raptu fuisse
per experientiam tercio apostolum. Non enim estimat humana ratio
ad illius divini luminis claritatem argumentando posse
penetrare. non ratiocinatione posse comprehendere. Si aliquid ratio-
cinatione comprehendi posset. hoc illud inaccessibile non esset
nec apostolus raptum se diceret. Hic agitur de exercitio rationis dis-
currendo per creaturarum condicionem.

Racionis igitur exercicium videamus. Exercetur autem racio de consideracione
ad contemplacionem. Verum discernendo si caute pagendum est propter
curiositatem que procedit in obviam que de rerum cognicione
nichil aliud querit nisi leticias aut iactancias. Nam in via veritatis
fantasmata varia occurrunt et quasi fures insidiantes nobis transire
ire non permittunt. Si racioni plagas erroris infigunt et vulneratos
in loca latebrosa et obscura perducunt. Aliam ergo fame et siti cu-
riositatis estuantem et inanibus fantasmatibus estuantem tamquam
pictis epulis reficiunt saturari quasi volentem pascamus solida veritate
quia sapiencia vel sciencia certa haberi non potest nisi sit rerum que sunt cognoscenda
se habentes et eterne. Aut per mentem infallibile exercetur racio dis-
crecionis diversis. Diversis studiis alii lingwam infringunt elementa figurant, vo-
cum inflexiones, composiciones, dimposiciones audiunt, conferunt, repetunt, incorrupte
consonant. Alii ferventiori studio disputacionibus vacant et quibus-
dam verborum innexionibus parvos implicant et defraudant. Alii verborum fal-
cacias nitorem sermonis demirantur. Alii terrarum spacia et dimensiones men-
surarum explicant formas. Alii sonorum discretas proferunt melodias. Alii
numeros, alii motus siderum contemplantur. Alii herbas et pociones producunt et
composiciones, taceo quibuscumque instrumentis declaraciones tonantur. In hiis omnibus
diversa est forma distendi et sic racio quandoque utiliter quandoque inutiliter exercetur. Quam
tamen minori indulgentur etati. Alioquin laqueus est mundus quem subtilitas ma-
gis quam veritas latet occultus. Occultus est enim quando foris veritatis speciem ostendit et
intus venenum falsitatis infundit. Hic imprudentes multi pertinaci et in-
utili labore naturas rerum inquirunt. Auctorem vero rerum et naturarum omnium
artificem nesciunt et tamen querere negligunt quem si deus vitas valeat
invenire. Quos videmus ex semetipsos abducta ut dum ad alia con-
sideranda que ad rem non pertinent curiosius evagantur ad se minime
revertuntur. Hic enim solent aucupes capi, quibus in tenebris noctis
hic ostenditur lucerna quod intueantur et preparatur hinc laqueus quo capiantur.
Quid enim prodest homini si rerum omnium naturas subtiliter investiget, effi-
caciter comprehendat, ipse autem unum veneit a quo ipse conditus est. Alio non
credit, non caveat, non attendat. Exercete igitur racio et discrete solu-
biliter per creaturarum condiciones, cum intelligit in tua condicione eius
sublimitatem in creaturis, tunc contemplacione exurgere peramavit sapiencie
delectacionem. Discrete igitur per creaturarum condiciones attendens creatorem
esse primum, divini in eius [illegible] bustam, de terra et impensum inustre
omnium. Tunc damnacionem ob probrum terrarum esse ostendit primum vani-
tatem quia sicut omnis creatura est de nichilo, ita in nichilum ea
tendere terminus per quottidianam mutacionem deminui. Vero busti-
tum in creaturis ostenditur que eximiunt divinum vestigium per ma-
gnitudinem et pulcritudinem primum creaturarum diebus reppertur. Debitum ministerium
a creatura impeditur dum a celo lux et temporum vicissitudines

ab ac vitalis flatus gna volatilium. ab aqua potum diuersas
a terra diuersa vegetabilia ministrat. huic vero damnatoris
surgit ob spiritum cum excecatus que facte sunt nobis ad usum
irritamenta ure libidinis argumentum. Conuerte similiter mentem ad
consideracionem. tu si ignoras te o pulcherrima mulierum. actum est de te
egredere et pasce edos tuos et pleniter assume brutorum Con
uerte te in regionem tuam et in uericos sapiencia te docebit scrutantem
scripturas et in uericos diuinis non est multitudinis uel hominum frequen
cia loqui solitum. sed in capelis in solitudinibus in montibus in
sompnis et per noctes silencium Et ideo ipse salutem mundi se mundo
manifestauit. tunc quod dicebat in tenebris quod in au
ribus audiebat discipulus predicauit in luce et super tecta preceptum
legem accepit moyses in solitudine. loquitur enim dominus in monte
que sibi dominus rom ad secretum vocat. ipse amonens ut se in se re
colligat et seipsam attendat Ita ad archam columba reuerti
tur in egredientis uel aquis incaperi. uel cadaueribus inesta
ubi dyvina gito vaga violatur fuge subtilitur in eatinus tui
contemplacionem Nullum est enim utilius exercicium aut dignius quam.
contemplacionis quod in eo quo melius et celsius preeminet exercetur. Hec et pla
sapiencia que preeminet uerita. qua mentis est dignius ad queren
dum. dulcius ad inveniendum. utilius ad huius ab ipsa enim et
ad ipsam condita est humana racio ut ad ipsam sit mentis compositio
sicut ymago in illud cuius est ymago Sicut enim corpus naturali
suo statu erigitur in celum. quod dignissimum est omnium corporum
Sic racio spiritualis erigatur in spiritum increatum. non super hoc sapiencie
do. sed pie diligendo Et ideo subtilitur tu sobrie cognoscendo
Et tanto validioribus exercitacionum studiis quanto altius est ad quam
intenditur sublimitas maiestatis Illud exercicium amat plerum
bona gracia non tam scienciam. virtutum radices non verborum flo
res. vera dulcia ardentia et deuota et pacifica similia
humilibus prenticie. non cauillatricie. non disputatricie. non garru
la non nugigerula non verbosa non contentiosa non curiosa
non amplosa. hec et racio que adeo eam appetat meretur illuminari
et sapiens a sapiencia fieri et ymago ymaginum conformari Sic
enim est condita racio humana ut in ea tamquam in speculo quo
dam pro diuina sapiencia relucet. et que in se videri non poterat
in sua ymagine visibilis appareat Sed per peccatum primi parentis
pulvis superiecta est peccati. racio humane et ignorancie caligo
offusa. Hinc intercepit sapiencie Inde et postquam domus domini
legitur edificata continuo impleuit eam nebula que tunc
dissoluitur cum veritas manifestatur. ignorancia pellitur mens
illuminatur et inde contemplacionis assurgit. Expurce priamt

sapide delectacionem. hec est racionis exaltacio in qua inmirabili refi-
citur gaudio cum affectum reficiat devocio et intellectum contem-
placio. Bene dico reficit. ex quadam prelibatoria et dispen-
satoria dulcedine sed non perfecte saciat ut spe ad speciei contemplem-
sitiat eius intimitate. quia magna multitudo dulcedinis quam
abscondisti timentibus te. hanc tamen gustat ad punctum sed rara
hora et parva mora. Sed cum hanc delectacionem continuacio-
nis tamen illud intimus animus appetitus rapitur. et cum maiori fas-
tidio extrahitur et magis continue. Sed certe spiritualia proporcionantur
homini. et quia comprehensori sunt proxima. non sic minime continuac-
cionis ad illa vero contemplacionis ex qua tanta dulcedo se-
mine prius ex nobis. sic nec vespertilionis oculus ad lucem solis.
Et inde quod a maxime primaria remotum quod est contemplacionis. maxime tempore
homo cito labitur ad prima experimenta contemplacione. Inde est ut puto
quod natura pura vel ad puritatem reducta sicut est angelica. continue
contemplatur. continue delectatur. quia eius operacio nec
motum nec lassitudinem admiscet. Sed in natura contracta sicut est humana
contingit operacionem motum vel quemcumque in corporea operante sicut est in opera-
cionibus sensuum. aut quasi ab inferioribus potenciis. sicut operacionem
racionis et intellectus admiscetur motus ymaginacionis et memorie et
aliarum virium spiritualium Et quia corporalis motus dissolvit et
per consequens debilitat organa non continue sentimus aut racione move-
mur aut intelligimus aut contemplamur aut delectamur. Sequitur
racionis iudicium hoc est naturale iudicatorium ad quod ipsa veri-
tatem discernendo disponit

Actionis iudicium attendentes considerarimus in racione iudicato-
rium naturale ad quod ipsa veritate scribendo discernendo
recurrit. recurrendo legis eternas ibi complectit. complectendo quam
tum excius est. neque fallitur neque fallit et inde per consequens
ad opinionem descendit naturale quod iudicatorium inpertibile est racionis
ad quod hec recurrere cum ex variis speciebus fantasmata se offe-
runt fantasie hoc est lucis per quod intellectus naturaliter certa cog-
noscibilia dividitur in quo sparsim predicta describuntur vel dignitati-
bus facultatum auditis fallit acquiescit. Nichil enim sapien-
tissimus iudex in nobis prorsus iudicis moderacione fecit pater
quam et honor regis iudicium diligit. hic est iudex integer
incorruptus in mente residens, equitatis trutina recte et in-
declinabiliter tenens in quantum rationibus eternis innititur et legis
eterne regulas intuetur. Ergo iam recurrendo ad iudicium. Racio
legem eternam complectit per quam inmutabiliter de mutabilibus disce-
rnit. Nemo enim vera est mutabilis. hec autem lex eter-
na. que summa intellectus est veritas in qua et omnium aliarum veritas

immobilitatem non legis erroris de qua Augustinus in libro de vera
religione. Eternam legem mundis animis phas est cognoscere, iudicare
de ea non est phas sed per eam contingit iudicare. Unde iudicans sem-
per est superior iudicato quam iudicatum, quam vide depredicat Augustinus in
de vera religione libro xii° qui legat et in xi de civitate dei c. 2 et 26
xi c. 26 prope finem ostendit quod eterna veritas a racione compellitur (?)
viii 26 cuius libri dicitur quod bruta luce illa incorporea
contingere nequeunt qua mens nostra quodammodo radiatur ut de
hiis omnibus recte iudicare possit. Nam in quantum eam capimus
in tantum id possumus. Verumtamen est in sensibus vero licet animalium et ipsa
nullo modo certe quedam scientie similitudo. Cetera autem rerum corporalium
non quia sentiunt sed quia sentiuntur sensibilia nuncupata sunt quorum
in arbustis hoc simile est sensibus quod aluntur et gignunt. Verumtamen et
hec omnia corporalia latentes in natura causas habent. Sed earum formas
quibus mundi huius visibilis structura formosa est sentiendas sensi-
bus prebent ut pro eo quod nosse non possunt quasi innotescere velle
videantur. Sed nos ea sensu corporis ita capimus ut de hiis non
sensu corporis iudicemus. Habemus enim alium interioris hominis sensum
isto longe prestanciorem, quo iusta et iniusta sentimus, iusta
per intelligibilem speciem, iniusta per eius privacionem. Ad eius sensus offi-
cium non acies pupille, non foramen auricule, non spiramen-
ta narium, non gustus faucium, non ullus corporeus tactus accedit.
Ibi me et esse et hoc nosse certus sum et hec amo atque ama-
re me similiter certus sum. De hoc eciam x° libro de trinitate c. vii et xv
et in v c. iii et iiii li. c. vii. Consulendo autem legem eternam cer-
tum ex ea est. Veritas neque fallitur neque fallit, potest dici
in libro de vera religione. Ille mentitur qui vult videri quod non
est. Cum autem non volet aliud putatur quam est, non mentitur
sed fallit. Tamen nam ita discernitur mentiens a fallente, quod in
omni mendacio voluntas fallendi, eciam si ei non credatur. Falle-
re nos autem esse non potest si non fallat. Hec Augustinus. Cum igitur veritas
eterna et immutabilis de qua racio humana non iudicat sed per eam iu-
dicat, quoniam dum in ea figitur oculus racionis si bene purgatus fuerit
neque fallitur neque fallit. Una est qua illustrantur omnes spiritus
racionales et intellectuales ut sicut ab una facie mul-
te in diversis speculis apparent ymagines, ita sicut prop-
ter quod dicitur: Diminute sunt veritates a filiis hominum. Mul-
te tamen in hominibus veritates. Sed sicut in xii° libro de trinita-
te dicitur: Non illius partis anime que nobis et pecoribus est communis
sed sublimioris racionis est iudicare de istis corporalibus secundum raciones
incorporales et sempiternas. Que nisi supra mentem huma-
nam essent, incommutabiles non essent, et in hiis nisi subiungeretur

aliq̃ i(n)tm no possem s(ecundu)m eas de corpalibꝫ iudicare Intel-
lect(us) igr legibꝫ et(er)nis ro tunc pfecte sapit tu(n)c pca que
ctinet(ur) et aspicit. se ad opandu convertit Intellect(us) cu(m) bo-
nis oibꝫ facieb(us) cu(m) Et reuã nusq(uam) se melius dephendit
mos humane imperfectionis q(uam) in speculo diuine visionis
Sapiens aut et pius ꝑ illuminante et adiuuante gratia
in contemplacione su(m)mi boni speculat(ur) regulas incommutabiles ve-
ritatis inquirendo ad eas ꝑtingere mente intellectu amoris. et exinde
fecit sibi ins conversacionis celestis. et forma sanctitatis. et constituit
Moyses thabernaculum sicut est ipsi in monte monstratum Et ideo
recta s(ecundu)m philosophum. p(ri)ma e virtutum que consuetudinales a moralibus
dicuntur. quod intentum s(ecundu)m ro adiuta ꝑ gratiam siue intellectus practicus
in varias virtutum opibꝫ exercetur Intellectus cu(m) quocu(m)q(ue) appli-
citus fuerit siue in bonum siue in malum. valet vigil. sed relictis
sibi. rebus secularibus et nugatoriis se no negat. et infec-
tus vicio tam racionis q(uam) voluntatis. peruersas texit cogita-
ciones. et noxias actiones ꝑsequit(ur) quibꝫ adeo se separat Illuminatus
vero ꝑ gratiam nichil apud se indignum percipit. et voluntatis
affectum continens in virtutis effectum sermo opus contingit Sequit(ur)
racionis vicium Infecta e enim ro humana instincio ymaginacionis ocio
cogitacionis indiscreto distractione consciencia deliberacione

Cacionis vicium attende(n)dum. ea quadruplici morbo vi-
detur infecta s(cilicet) instincio ymaginacionis. ocio cogitacionis, iudicio
distractionis et consilio deliberacionis a principio ymaginacionis in
sicut racionem cu(m) eius racio visibilium reputat species distrat aut yma-
ginacio sicut ancilla inter dominum et seruum. racionem s(cilicet) et sensum. et quicquid
exterius hauxerit et ꝑ sensum carnis intellectus reputat ancillam
racionis nam racio foras exire no potest. sensus aut carnis ad eam intrare
no potest et ideo ymaginacio racioni assistit. et sensu defectu eius mi-
nistrare no desinit. et c(etera) sensualitas obsequit(ur) affeccioni, sic ymagi-
nacio racioni Sed ymaginacio quedam est bestialis q(ue) vero racionalis Bes-
tialis q(ue) p(ro)pter ea q(ue) vidimus aut sensimus vagando mente distrahimus
sine conveniente siue utilitate sicut et bestie Racionalis vero que ex hiis
que per sensum corporeum nouimus quedam ymaginat(ur) fingimus auream
enim et domum vidimus et tamen auream domum q(uam) numq(uam) vidimus
ymaginamur prius Sed racionalis ymaginacio duplex e q(uia) ꝑ racionem disposi-
ta. q(uia) intelligencia ꝑmixta Prima utimur q(ua)ndo racio visibilium rerum
species cogitata visibile aliquid a(nim)o mente disponimus. quod tamen
no attingit sensus corporalis. licet tamen illud corporeum esse cogi-
temus Sic enim ignem infernalem et penas corporales eternas
quas videre no possumus. racionis ymaginacione et veritate tenemus
Secunda utimur q(ua)ndo ꝑ visibilium rerum species ad invisibilium cognicionem

ascendere intimus ut tunc terram lacte et melle manantem
. et muros celestis Iherusalem ex lapidibus preciosis et huiusmodi legi-
mus et secundum litteram non accipimus sed ex superficie rerum materialium
ad spiritualem intelligenciam assurgimus. Primo quod pertinet ad considera-
cionem futurorum malorum secunda ad consideracionem futurorum bonorum prima
ymaginacio obstrepit et racionem impedit secunda racionem quam impe-
dit quam expedit Impedit per falsam fictionem, expedit per me-
ditacionem. quia quando sancti viri se senciunt turpibus cogitacionibus
pulsari et ad delectacionem illicitam incitari. in ipso temptacionis
aditu. futura tormenta ante mentis oculos ponunt et per
ymaginacionem recte dispositam meditando quicquid illicitum sug-
gerit extinguunt Tercia ymaginacio racionem erigit. et in
desiderium eternorum ascendit sive translacionem sive comparacionem
sicut dicit Ricardus de sancto victore in libro de xii patriarchis
Quoniam est otium cogitacionis Cum enim ymaginacio bestialis semper
sit garrula. cum tanta importunitate perstrepit in auribus racionis
ut frequenter eius prohibens eius [illegible] cogatur [illegible] quamque ad lubricum
quasi adrectam illicito cogitacionis. Sunt autem [illegible] aliquando dum psal-
limus vel oramus dicimus vel recte meditamur nos disponimus
tantas patimur cogitacionum fantasias ut ante oculos
nequamus repellere ipsas et perceptas ymaginaciones exui
racionis et vicio corrupte voluntatis [illegible] perverse cogitaciones
a veritate prima et racionibus eternis [illegible]. licet enim cogi-
taciones sine intellectu quedam inveniuntur vane et ociose que
non repente pereunt sed paulatim corrumpunt racionem. tum non oc-
cupant tercia potencia. et racionem inficiunt in prima potencia discrecionis
sive sunt cogitaciones ex veris sive ymaginariis sensibus procede-
tes sive quod [illegible] cogitacionum vel recordaciones ultro et multi-
plicatis [illegible] de memoria et tales cogitaciones magis viden-
tur esse passiones voluntatis quam actiones quia nichil est ibi inten-
tus cogitantis sed quod ebullit sponte de memoria. formacio
se offert intellectui non tractari. et quicquid agitur videtur potius
agi in sompno dormientis quam in actu cogitantis Et licet cogi-
tans huiusmodi nolit a se repellere [illegible]. tum quia scriptum est
[illegible] se aufert a cogitacionibus que sunt sive intellectu
sit ex culpa negligentis ut spiritus discipline se auferat a co-
gitacionibus indisciplinatis que quamvis per unum quandam occul-
tam racionis non tamen fiunt ex racione aut [illegible] in eas intellec-
tus et racio. cum nullus sit in eis intelligentis assensus Cum
vero de rebus [illegible] cogitatur ut ait Bernardus in epistola ad fratres
de monte dei voluntas liberi arbitrii evocat de memo-
ria quodcumque opus est et intellectum formantem memorie ad

hibet · forma tamen eius quicquid illud est · intellectus adhibet
actio cogitantis et sic peragitur negocium cogitacionis Cum vero de
hiis que de deo vel ad deum sunt cogitatur et voluntas co
proficit ut amor fiat continue per viam amoris infundit se spiritus
sanctus vite et omnia vivificat adiuvans seu in oracione seu in
meditacione seu contra infirmitatem cogitantis · et continue me
moria afficitur sapiencia cum sciant sapiunt ei bona domini
et quod exercicium cogitandi est formatum in affectu adhibet intellectum
Intellectus vero cogitantis efficitur contemplacio amantis et formans
illud in quasdam spirituales vel divine suavitatis experiencias
afficit exercicium actus cogitantis · ratio vero efficitur gaudium fruentis
et tunc de deo bene cogitatur secundum humanum modum quem modus hic
cogitandi de deo non est in arbitrio cogitantis · sed in gracia
donantis Ideo preparandum est cor ut voluntas expediatur ab aliquibus
affectionibus racio vel intellectus a sollicitudinibus · memoria ab
ociosis vel negociosis et quibusdam anxiis occupacionibus ut voluntas
exhibeat puram affectionem · memoria meram fidelem · intellectus
experiencie suavitatem et tunc omnia cooperantur in bonum et convertuntur
in gaudium cogitantis Tercium est complementum discrecionis duobus
cum modis in iudicio discrecionis peccamus · quod maxime patet in
moralibus Erratur cum · uno in discernendo qualitate · uno
in examinanda quantitate Cum dicit bonum malum · vel malum
bonum in rerum qualitate errat Et qui dicit quod maius est
esse minus · et quod minus est esse maius in quantitate peccat Qua
litas operum profecto eos fefellerat · quos propheta arguebat
cum dicebat Ve qui dicitis bonum malum et malum bonum
ponentes tenebras lucem · et lucem tenebras · Ponentes
amarum dulce · et dulce amarum In quantitatis examinacione er
rore ille reprehenditur qui per prophetam redarguitur cum dicitur Men
daces filii hominum in stateris ut decipiant ipsi de va
nitate in idipsum Ad hoc cum aliquis in statera apprehenditur
ut eius quantitas non ignoretur Tamdiu ergo sunt tenebre
super faciem abyssi · erratur indiscrecione iudicii donec ille qui
dixit lumen de tenebris splendescere · eruat luce sua
et veritate sua racionis irradiet lumen veritate · hec racionis
infirmitas · discrecionis obscuritas Cum autem lux veritatis
in animam desuper venit · sicut luna illuminatur a sole obscu
ritatem amittit · adest discrecio racionis tollens caliginem et
affectiones moderans in virtute Nam virtutes in vicia vertuntur
nisi per discrecionem moderentur Alioquin timor cadit in de
speracionem · dolor in amaritudinem spes in presumpcionem · amor
in adulacionem · leticia in dissolucionem · ira in furorem Quantum

e consilium deliberacionis. per iudicium racionis est discrecionis. quid
verum quid falsum quid bonum quid malum. Ita consilium delibe
racionis est deliberacio quid expediat utrumque. In hoc
errare frequentissime quia quod quibusdam est augmentum coro
ne. fit aliis causa ruine et ruine. Sic multos videmus
cadere de gradu sublimiori qui stetissent forsan in statu
et multos eciam in religione salvari quibus non expediret
remansisse in conversacione seculari. Consiliarius enim est iudicare
quid liceat et quid non liceat. consilium eligere quid expedi
at vel non expediat. Illud est discrecionis. istud delibera
cionis. illud iudicii. istud consilii. Sic iudicium tenebrosum racio
que in tenebris sedet et lumen celi non videt. consilium lumen celi [illegible]
prudens licet non valeat. Quia cum sol et occidit et ad locum
suum revertitur. consilium intelligencia vertitur modo oritur modo subvertitur
et post subtractionem iterum reparatur. Quemadmodum enim in terra vivimus.
diei et noctis vicissitudines sustinemus. in celo dies
pure sine nocte. in inferno nox sine die, in terra nunc nox pure
nunc dies sine nocte. Et hec sufficiant de commutacionibus
disciplinarum. hic agitur de ascendentibus et descendentibus ad disciplina
quorum primum est. humilitas intellectus. que hoc requirit
de quibus hic agitur.

Unde ad sequencia disciplina que prestitum ostendit disciplinalibus ac
cedamus. Hec autem faciunt quatuor. humilitas in intellectu
Studiositas in effectu. Tranquillitas in affectu. paupertas in
censu. Humilitas in intellectu requirit primo ut nullam scrip
turam vilem teneas. quia de genere bonorum est omnis scriptura. et deinde
scripturam omnis est nunc aliquam scripturam forte invenies que non aliquid
contineat speciale quod utile est. Si multa legeris nichil
perdis. aliquid forte lucraris, si non potes omnia legere. Sic certum
est secundo que sunt utiliora lege. nec eundem laborem in
necessariis et non necessariis debes impendere. Secundo ad hanc humi
litatem pertinet ut a nemine discere erubescas. Nam in pro
verbiis dicitur. Quod tu non nosti fortasse novit asellus. Sic enim
in via qui novit omnia. ita nullus est qui non aliquid spe
ciale acceperit a natura. hinc illud salomonis [illegible] Quid magnus
efferetur laudibus, malo aliena verecunde discere quam mea im
pudenter ingerere. Maior est enim verecundia ignorancie quam
honoris causa doctrine adicere. Sapiencior omnibus erit qui ab omnibus
discere voluit. Dicciores enim sunt qui ab omnibus accipiunt
Tercio ad hanc humilitatem pertinet. ut cum scienciam adeptus
fueris. ceteros non contempnas. Nam ut dicit magister hugo. hec
tumorem vicium. unde quibusdam accidit. quia sua sciencia

nus diligent inspiciant et inde intumescentes putant
alios scire no posse quod ipsi novere Bonus eni lector
humilis d3 e et mansuetus a curis inanibus et voluptatu
illecebris prorsus alienus diligens et sedulus ut ab oibus libe
ter discat. nunq de scia sua presumat. puersi dogmatis
auctores qui venena fugiat diu rem pertractare anq iudi
cet discat. no videri doctus. s ee querat. dicta sapientu in
intellecta diligat. et ea sp cora oculis qui speculu vul
tus sui tene studeat Et si qua forte obscuriora. intellectum
eius no admiserint. no statim in vituperium prorumpat
aut bonum nichil ee credat. nisi quod ipse intellige potuit
Ipse hoc ondit aug9 in primo off. qui vult sapiencie vacare
querat late, humilitas eni e pa clavis sapiencie Curatio
ad hanc humilitas ptinet ut non nimis cito ad alta ascendas
Cum eni iaces in imo tot vias videas i primo aptissime
incedit quemadmodum impatientissime incedit si facis saltu. tunc sapi
eni noli nimis festinare. quid valeas experire et quid habeas
in proprie aie facultate. Primus pnit onera manibus suble
vanda q humeris imponenda de primo satis dicimus sed
Bu9 in libro de humilitatis gradibus sed quia studiositas in effectu
q constit in iiijor i labore i amore i cura i vigilia.
Exquirimus etiam studiositas in effectu Sit igitur studium in
ope. et nus scrutinum tacitu medicando in mente
Studium querendi ptinet ad instancia opis Scrutinium
vo ad diligentiam meditacois Opus peragunt labor et amor
diligentiam vo cura et vigilia Quibus quo lor constit studiosi
tas In labore e ut agas In amore ut pficias In cura ut
pvideas In vigilia ut attendas Isti sunt iiijor qui portat
lecticam philologie, quia mente eni sapia prodesse noluit exire
Si invenies a fronte philos s. et zophos s. amor et labor
lecticam ferunt, quia foris opus peragunt puelle vo s. pu
richia agrimia quod interiora cura et vigilia ferunt a
posteriori. quia intus parant complem s. in scacciori Quibus lor
require in Marcianus nuptias mercurii et phie. degunt
eoe. s. sapie et eloquentie Virgil ibidem dicit quod alumne sunt de
lecticam posteriorius quotaverunt per labore. quo inuncta. ocei diffical
tate constenpor emicat Virum id qui laborabat eam vo
cabatur non plus in lectico cu bene eam pstulit sui cetu
cu duta impiger preucavit et ipse socium sibi quoda
puero renidenti q nec voluptatie veneris filius erat. et
tu amor a sapientibus ferebatur a fronte lecticam pubtherre
morabantur Na postica primulia et agrimia dilecta vir

gim pibthe mancipia Dic enim Anathasia preceperat
ut utrus sexus cum philologia celum poss ascende Sequitur
tranquillitas in affectu ad quam cor requirit Custodia sanc
titatis notitia veritatis . Emundantia cordis . et experientia suavitatis

Sequitur tranquillitas in affectu parum enim vide prius in
aere turbido quam longe melius in sereno ethere et tranquillo
Ad hanc autem tranquillitatis maior exiguntur In carne ut sit
custodia sanctitatis In voce notitia veritatis In voluntate habun
dantia caritatis In memoria vel mente experientia suavitatis Cum
sic tamen non inquinat fetor vorax non obnubilat error vo
luptate non oblectat vanus amor Memoriam sive mentem
non amaricat aut conturbat rancor Tunc enim est in anima
tranquillitas Nam ratio affligitur Intellectus illuminatur . falsi
tas . prohibetur Deus diligitur et totus homo interior et exterior
dulcius saporatur Non enim habet anima quo divertat vel ad spur
citiam carnis . vel ad fallacias demonis vel ad contemptum dei
vel ad odium proximi Et forte peior habet que communiter aus
ferunt dormientes . serviens uxor . vicinus Est ergo necessaria custo
dia sanctitatis in carne Semper enim sentina sensualita
tis aperte inferiori fetore libidinis evaporat que mentem
impugnet . et impugnatam inspurcitiat . nisi quis corporeos
sensus et aditum cordis diligenter custodiat Cum enim concupiscentia non
vincitur . de ipsa concupiscentia suaves delectationes lubrice cogitationes parum
et graves corrosiones consciencie post modum sentiuntur Et quia ex ymagi
nationibus lumbi illusionibus implentur seu replentur , efficitur lux
oculorum inabilis et inefficax ad spiritualium cogitationem . lux
inquit propheta oculorum non est mecum . et lumbi mei impleti il
lusionibus . et non est sanitas in carne mea Affligatur igitur corpus
non conteratur Agatur circa carnis non incontinens . sed quadam discretione
spirituali ut neque in motu neque cogitatu neque in conversatione appareat
aliquid quod dedecet servum dei , habeat ergo sensus exteriores non duces
sed famulos Interiores autem sobrios et efficaces Mulierem in domo
propria scilicet carnem non litigiosam . sed in omnibus institutam et cogitationum
familiam ordinatam , habeatur ratio nostra sicut infernus in nostra conme
datus diligentia . cum multum volenta sunt inutilia negandas volenta
vero utilia . ingerenda . Donec enim aque inferiores in mare in flu
entes . in mari deficiant que in fluunt ex iordane in mare mortuum
carnis semper in mente influunt turbulentia et generant servum Est
etiam necessaria notitia veritatis in voce Cum enim abstersioni non inque
tatur animus . quantum re reiecta purgari tollitur intellectus et velut in lo
co manenti sereno collustratur cordis oculus quodam intimitate
fulgoris intimi radio cuius ducatum sequitur . et regionem

lucidam et nouam ingreditur. et discussis tenebris miratur
quod conspicit et mirando amplius inardescit et sicut virgula
fumi vaporatur ignis incendio et purpurum tollitur et amplius tenuatur
ita veritatis noticie anima appropinquans. et omnes terrene concupiscencie
nebulam exalans spiritualiter intelligit et veritatem rerum plurimum
in illa tranquillitate cognoscat unum et philosophi montes excelsos
leguntur plurimes ascendisse ut illustrari possent limpidius
veritate Est eciam vicina humidam caritatis in voluntate. cum mens
in proximum dilectione vegetata. ad ipsius divinitatis felicitas gestat amplexus. et immo pretensa desiderio. carnis velamine excedit et in
trans in id sanctuarium. ubi spiritus ante faciem suam christus Jesus
ab ipso ineffabili lumine. ab ipsa mystica dulcedine penitus
absorbeatur. facto quasi silencio. ab omnibus corporalibus ab omnibus sensibilibus
ab omnibus mutabilibus in id quod semper est et sic semper est. in id ipsum et in illud verum. perspica
citatem figat intuitum vacans et videbis quoniam dominus ipse est deus et
inter caritatis ipsius pariter amplexus sabbatizans. sine dubio sab
batum sabbatorum celebratum est interim experiencia suavitatis in memo
ria et in mente Cum enim mens ab inferioribus promota a superiori
bus ad intima pergit in id quod rectum est in iudicio rationis. et assurgit
voluntatis et mentis affectu et operis effectu. erumpere festinat
in libertatem spiritus et unitatem cum deo. ut efficiatur unus spiritus
cum eo Jam perfecta in caritate incipit sentire de dei dulcedine col
lecta ad se. extensa extra se rapitur supra se deficit in plectro exul
tat cum gaudio. et tunc in memoria habundancie suavitatis dei ex
ultat et iubilat et quomodo vite copulatur unitur et fruitur Et ad
vertit nec tranquillitatis egreditur hoc ab exteriori tumultu et se
se recolligit in secreta sue mentis. et omnem strepitum pedum vanitatis
et fantasmatum claustro estio gratias suas interiores cupiat. nichil
quod remordeat nil oblatret vel in ordinatum nichil reperit
inquietum. Sed omnia iocunda pacifica et tranquilla cogitacionum ser
monum et operum. turba aio quasi quedam familia paratissima
patrisfamilias domus arridet. hinc oritur subito mira securitas
ex securitate iocunditas. ex iocunditate caritas inardescit
et in dei laudibus erumpit. cum ad eam in mentis recognos
cit Vedas ab hac secundiori cubiculo in quo celebrant sabba
tum. ad aliud se confert diversorium. videt animam suam cum animabus
omnium proximorum suorum glutino caritatis uniri mellis in vigiliis
stimulis agitari mellis in dignacionem ceteribus inflammari. non ta
ctus suspicionum atteri. non edacis tristicie morsibus comprimi, sic
ut ad quendam tranquillissimum mentis sinum perveniat. ocius rapiat
ubi dulci quodam affectu omnes amplectatur et foveat, ac secum
unum cor et unam animam facit ... hinc mox dulcedinis suavis

filiorum gustu omnibus cupiditatum plet tumultus et strepitus
viciorum conquiescit. et fit ibi mentis ab omnibus noxiis absoluta
vacatio et in superne dilectionis dulcedine grata et iocunda
pausatio Ex hac ergo duplici dulcedine tam presentis contemplatione
quam statue concordie gustu Tercio progrediens ulterius et iam
mens facta mobilior ut donum 3 gestiens in divinos amplexus
per quosdam theoricos excessus et extaticos defectus gustat et
inuenit quam dulcis est Jesus in ipsum per desiderium resoluta et per
ut possibile conformata Sequitur de paupertate intensa et ostenditur
quomodo paupertas est graciosa. huius ex institutione auctoris ex
auctoritate securitatem.

Sequitur paupertas intensa prout sapiens quidam Bernardus
s. Carnotensis ut dicitur in policrato Johannis salisbergensis cum in
terrogaretur de forma et modo ad discendi agentibus inquit humilis
studium querendi vita quieta scrutinium tacitum paupertas. terra
aliena hec reserare solent multis obscura legendi Paup
tatem appello ad propositum. detestari superfluum et maxime cu
ra ciborum et potum pinguis enim venter tenuem sensum gignit
Est autem paupertas graciosa qualitas huius ex institutione auctoris
ex auctoritate securitate. ex securitate libertate. ex libertate io
cunditatem auctorem dico quem instituta est a Christo. observata a toto
apostolico Paupertatem enim Christus pauperes discipulos elegit. quos in pau
pertate viam veritatis edocuit Securitatem appello prout dicit Seneca
multis ad philosophandum obsistere divitiae paupertas expedita
est secura est cum classicum cecinit, scit non peti. non circumstat
illam turba servorum contenta est desideriis instantibus satisfa
cere Si vis vacare animo aut pauper sis aut pauperi similis Non potest stu
dium salutare fieri sine frugalitatis cura frugalitas autem paupertas
voluntaria est libertate voto. non alligari dimicans, tamquam vin
culis Unde Seneca Quod me expediam. effugere non potes necessitates potes vincere Ad hanc conferre si vis esse salvus si se
curus si beatus si liber Idem alibi Paupertatem advocata in consilium prona
debit tibi ne ad talaulos sedeas Jocunditatem dico quam paupertas
si leta venit ditissima res est Et quia tractatum est satis de ista
materia ideo de consequentibus ad extraneos transeamus Sequitur de impedimentis
distinctione que sunt Iactantia prurientibus consultrix amicabilis.
Dicto de antecedentibus consequentibus et concomitantibus distinctione Nunc
ad extranea et ea impedimenta breviter procedamus Hec autem sunt
quatuor Iactancia prurientibus consultrix amicabilis. diffidencia inutile
bre. et paterna sensibilis Iactancia prurientibus est in eis qui ante
tempus sapientes videri volunt, et ideo inquirenda elatione tumo
rem percipiunt erubescentes quid sit, simulantes quod non

sunt. Eo longius a sapientia recedunt quo non esse sapientia videre
licet alios tante levitatis et iactationis ut hiis fuerit non
didicisse melius Et ex hac iactantia plus locuntur. modo communi
spreto. verba inusitata et ardua quedam assumunt sibi scribunt
nec ab aliis intelliguntur nec ipsi se intelligunt qualis erat Som
nianus Romanus qui verbis ... scribit per scripturam inquit tanta est
barbaries et tantis vitiis spurcissimus sermo confusus ut nec quid
loquitur nec quibus argumentis velit probare quod loquitur po
tuerim intelligere, totus tumet, totus iacet, attollit se per singula
et quasi debilitatus coluber in ipso conatu frangitur Non est contentus
necessario huiusmodi loqui alterius quidem aggreditur parturiunt montes
nascetur ridiculus mus. Quod ipse non sapiens esse videtur non
sanus videt Horestem Ut illud Plauti ei possit aptari
hic scriptor plus ... legat necesse, nam divinatio est et illud Vir
giliani dat sine mente sonum. Sunt autem vento plena vesicula
detumescit si acu modica perforetur Sic una vecis plena ventum
loquacitatis excluditur de folliculis inepti gutturis et inflati Et B.
Bernardus in libro de gradibus humilitatis Postquam inquit vanitas cres
cere et vesica grossescere ceperit necesse est ut ampliori fo
ramine laxato per ... ventositas eructuetur alioquin rumpetur Sic
monachus inepta redundante leticia dum risu vel signis eam
aperire non sufficit in helin verba prorumpit Ecce venter meus
non quasi mustum absque spiraculo quod lagunculas no
novas dirumpit aut loquitur ergo non rumpetur eruperit et sentit
auditores quibus prius iactitet vanitates quibus omne quod sentit effun
dat quibus qualis et quantus sit innotescat Inventa aut oratione
loquendi pro dextris sermo exoritur vetera perferunt et nova. volat
per ... verba resonat ampullosa. preveniunt interrogantem
non querenti respondet. ipse querit. ipse solvit. et verba collocutoris
imperfecta prescindit In constantia sua iuvenile habebat. re inconstante
filius aut vermis ipsa inconstantia Boecius libro de disciplina scolarium Sicut autem Batun
et incuriens. hystoriographus prece diversis elegiacis aut tonum
vero discernendi aristotelis lamentabat nocturnis edi
toribus philosophie xii tribularum compilacionibus quas in scientiam
omittere omnibus ... in brevem ... extiterat. et
cum multa perquiretur Boecius de eius instantia. quo de scientia ad
scientiam se transferebat. de artifice ad artificium, tandem inquit Quid
de ceteris faciam. miserrimum est me esse hominis ... ingenuitatem
possem exuere et agnicitate induere spe ...
Nec Boecius Ita enim constantia nota indistendo
ut prius constancia non sit continuato. nec si continuum
actione habitus. nec si habitum generatur in anima scientia Sic se fasti

dictum scribit Ieronimus. quem nec Tullius nec Plato superabant in
manibus diffidentiam muliebrem qua si muliebri sexus labo
rat habebat Ieronimus cum volebat interpretari Danielem unde ait in pro
logo eiusdem libri sic Ego adolescentulus post Quintilianum et Tul
lium lectos ac flores eius rethoricos cum me in lingue huius pi
strinum reclusissem et multo sudore multoque tempore vix ce
pissem anhelantia stridentiaque verba resonare et quasi per criptam
ambulans rarum desuper lumen aspicerem impegi novissime in
Danielem. et tanto tedio affectus sum ut desperatione subita
omnem laborem veterem voluerim contempnere. Verum adhortante me quodam
hebreo et illud mihi sua lingua crebrius ingerente labor im
probus omnia vincit. qui mihi videbar sciolus inter hebreos
cepi rursum discipulus esse caldaicus. hec enim desperatio secundum
patrem in primo secundi libri contra achademicos una de causis potior
quare ad sapientiam non venitur. Cum enim spes aliquid assequendi
vigeat in mente quasi quedam scintillatio est que mittitur in fomitem
ipsa cum est in corde hominis recondita. ipsum intrinsecus facit ca
lefacere et discusso frigore desperationis et hyeme intrinsecus arescat
arbor sapientie Sed quemadmodum lignum illesum servat virorem suum dum
equalem habet temperantiam caloris et humoris sic mens arescere
non potest quam et calor sancti spiritus mittit qui desuper intel
lectum irradiat. et studium lectionis quod de sublimibus vigeat
ostendi q(uo)m sis callidus verberibus cesum te dave in pis-
trinum dedam usq(ue) ad necem ea lege omine s(i) t(e) inde ex-
emerim · ego pro te molam quid hoc · intellextin ·
an nondum etiam ne hoc quid(em) · Da immo callide · ita
aperte modo ipsam rem locutus · nichil circuitione usus es
Si Ubivis passus facilius sim quam in hac re me
deludier · Da Bona verba queso · Si irrides · nichil
me fallis · sed dico tibi ne temere facias neq(ue) tu hoc
dicas tibi non predictum · cave ·

Davus · Servus ·

Enimvero dave nil loci est segnicie neq(ue) socordie q(uan)-
tum intellexi modo senis sententia de nuptiis · que si non
astu providentur me aut herum pessumdabunt neq(ue) quid
agam certum est · pamphilumne adiutem an auscul-
tem seni · si illum relinquo eius vite timeo · sin opitulor ·
huius minas cui verba dare difficile est · primum iam de
amore hoc comperit · me infensus servat ne quam
in nuptiis faciam fallaciam · si senserit perii · aut si libitum
fuerit causam ceperit quo iure quaq(ue) iniuria precipitem
me in pistrinum dabit · ad hec mala hoc michi accedit ·
etiam hec andria sive ista uxor sive amica est gravi-
da e pamphilo est · audireq(ue) eorum est opere precium
audaciam · nam inceptio amentium est haud amantium ·

Decreuerunt: decreuit est magis ubi certa proferre sententia ...

quicq peperisset. decreuerunt tolle et fingunt quandam inter se

nunc fallaciam. ciuem atthicam esse hanc. fuit olim quidam

senex mercator. nauim is fregit apud Andrum in

sulam. is obiit mortem. ibi tunc hanc eiectam Chrisi

dis patrem recepisse orbam paruam. fabule mihi q

dem hercle non fit verisimile. atque commentum placet ipsis

sed Misis ab ea egreditur. at ego hinc me ad forum

vt conueniam pamphilum. ne de hac re pater impru

dente opprimat. Misis ancilla. Glicerium

Audiui archilis iam dudum. Lesbiam adduci iubes

sane pol illa temulenta e mulier et temeraria

nec satis digna cui committas primo partu mulierem tamen

eam adducam importunitatem spectate anicule obsecro

quia compotrix eius est. dii date facultatem obsecro

huic pariundi. atque illi in aliis potius peccandi locum

Sed quidnam pamphilum exanimatum video. vere

or quid siet. operiar. vt sciam numquid nam hec tur

ba tristitie afferat. Pamphilus. Misis

Pam. Hocine est humanum factum aut inceptum. hoc

ine est officium patris. Mi. Quid illud est. Pa. Proh

deum atque hominum fidem quid est. si hec non contumelia e.

vxorem decreuerat sese dare mi hodie. nonne oportuit

prescisse me ante. nonne prius communicatum oportuit

Mi. Miseram me quod verbo audio. Pa. quid

Pamphilus · Actus ·

Chremes · qui denegarat se commissurum mihi gnatam
suam uxorem · id mutavit · quia me inmutatum videt · ita
ne obstinate operam dat · ut me a glicerio — miserum
abstrahat · proh deum · atque hominum fidem · quid si sit
pereo funditus · adeon homines esse invenustum aut infeli-
cem quemquam ut ego sum · nullon ego chremetis pacto
affinitatem effugere potero · quot modis contemptus · spre-
tus · facta transacta omnia · hem · repetor repudiatus
quamobrem · nisi si id est quod suspicor aliquid monstri
alunt · ea quoniam nemini obtrudi potest itur ad me · **Mis.**
oratio hec me miseram exanimavit metu · **Pa.** nam quid
ego nunc dicam de patre · ah tantam ne rem tam ne-
gligenter agere · preteriens modo mihi apud forum
uxor tibi ducenda est pamphile hodie inquit para abi
domum · id mihi visus est dicere abi cito ac suspende
te · obstupui · censen me verbum potuisse ullum pro-
loqui aut ullam causam in me ineptam saltem falsam
iniquam · obmutui · quod si ego rescissem id prius quid
facerem si quis nunc me roget · aliquid facerem ut hoc
ne facerem · sed nunc quid primum exequar · tot me im-
pediunt cure que meum animum divorse trahunt · amor ·
misericordia huius · nuptiarum sollicitatio · tum pudor patris ·
qui me tam leni passus est animo usque adhuc que

meo cumque animo libitum est facere et ne ego ut
aduerser. incertum est quid agam Mi misera timeo
hei mihi incertu sit quorsum attidat. sed nunc peropus
est aut sinit tu ipsa de aliquid de illa me aduersum
hic loqui dum in dubio est animus paulo momento
huc uel illuc impellitur Pamphilus. Misis.
nis. hic loquitur misis salue Mi o salue pa
phile Pa quid agit Mi rogas. laborat e do
lore atque ex hoc misera sollicita est die quia olim
in hunc sunt constitute nuptie. tu autem hoc timet
ne deseras se Pa hem ego ne istuc conari queam
Egon propter me illam decipi miseram sinam que mihi
suum animum atque omnem vitam credidit quam ego animo
egregie caram pro uxore habuerim bene et pudi
ce eius doctum atque eductum sinam coactum egestate
ingenium inmutarier non faciam Mi haud vereor
si in te sit solo situm sed uim ut queas ferre Pam
adeon me ignauum putas. adeo porro ingratum porro. a
inhumanum aut ferum. ut neque me consuetudo neque
amor neque pudor commoueat. neque commoueat ut ser
uem fidem. Mi unum hoc scio hanc meritam esse ut
memor esses sui Pa memor essem. o misis misis
etiam nunc mihi scripta illa sunt dicta in animo chri

sidis de glicerio iam ferme moriens me vocat: accessi.
vos semote· nos soli: incipit mi pamphile huius
formam atque etatem vides· nec clam te est· quam illi nunc
utraque res inutiles et ad pudicitiam et ad rem tutandam
sient quod ego te per hanc dextram oro· et ingenium
tuum per tuam fidem per que huius solitudinem te ob-
testor ne abs te hanc segreges· ne deseras· si te in
germani fratris dilexi loco· sive te hec solum· semper
fecit maximi seu tibi morigera fuit in rebus omnibus
te isti virum do· amicum tutorem· patrem· mea hec tibi
committo· tue mando fidei· hanc mihi in manum
dat· mors continuo ipsam occupat· accepi· acceptam
servabo My. Ita spero quidem Pa. sed cur tu abis
ab illa My. obstetricem accerso Pa. propera atque
audin verbum unum cave de nuptiis ne ad mor-
bum hoc etiam My. teneo. Charinus Birria Pamphilus

Cha. Quid ais Birria· daturne illa pamphilo ho-
die nuptum Bir. sic est Cha. qui scis Bir. apud
forum modo e davo audivi Cha. ve misero mihi
ut animus in spe atque timore usque ante hac attentus
fuit ita postquam adempta spes est lassus cura con-
fectus stupet Bir. queso edepol charine non potest
quin id fieri quod vis id velis quod possis Cha. nihil vo-

lo aliud in philomela Bir ah quanto satius e te dare

operam qui istum amorem ex animo amoueas tuo.

quam id loqui quo magis libido frustra intendat tua

Cha facile omnes cum valemus recta consilia egrotis da-

mus tu si hic sis aliter sentias Bir age age ut lu-

bet Cha sed pamphilum video omnia experiri certum

est prius quam pereo Bir quid hic agit Cha ipsum hunc

orabo huic supplicabo amorem huic narrabo meum.

credo impetrabo ut aliquot saltem nuptias pro-

trahat dies. interea fiet aliquid spero Bir id aliquid

nichil est Cha Biria quid tibi videtur adeon ad eum

Bir quid nisi nihil impetres ut te arbitretur sibi

paratum mechum si illam duxerit Cha abi hinc in

malam rem cum suspitione istac scelus Pam Chari-

num video salue Cha o salue pamphile ad te venio

spem salutem auxilium consilium expetens Pam neque

pol consilii locum habeo neque auxilii copiam sed is-

tud quid nam est Cha hodie uxorem duces Pam

aiunt Cha pamphile si id facies hodie postremum

me uides Pam quid ita Cha ei mihi vereor huic

dic queso Biria Bir dicam ego Pam quid est Bir

Sponsam hic tuam amat Pam ne iste haud mecum sen-

tit. ehodum dic mihi numquid nam amplius tibi cum

illa fuit Cha ah habe pamphile nihil pam quam vel
lem Cha nunc te p amicitiam et per amore obsecro
principio ut ne ducas pam dabo equidem operam
Cha sed si id non potest aut nuptie tibi he sunt cor
di pam cordi Cha saltem aliquot dies profer dum pro
ficiscar aliquo ne videam pam audi nunc iam ego
charine neutiquam officium liberi esse hominis puto cum
is nihil promereat postulare id gratie apponi sibi
nuptias effugere ego istas malo quam tu adipiscier
Cha reddidisti animum pam nunc si quid potes aut
tu aut hic byrria facite fingite invenite ef
ficite qui det tibi ego id agam mihi qui ne det
Cha sat habeo pam davum optime video cuius
consilio fretus sum Cha at tu hercle haud quicquam
mihi pam nisi ea que nihil opus sunt scire fugin
hinc Bir ego vero ac lubens

Davus Pamphilus Charinus

Da. Di boni boni quid porto sed ubi inveniam pam
philum ut metum in quo nunc est adimam atque
expleam animum gaudio Cha letus est nescio
quid pam nihil est nondum hec rescivit mala
Da que ego nunc credo si iam audierit sibi paratas
nuptias Cha audin tu illum Da toto me oppido

examinatum querere. sed ubi queram? aut quo nunc primum inten-
dam. CA. cessas alloqui. DA. abeo. PAM. Daue ades re-
siste. DA. quis homo est qui me vocat o pamphile te
ipsum quero euge charine ambo oportune vos volo. PA.
Daue perii. DA. quin tu hoc audi. PAM. interii. DA. quid tu
timeas scio. CA. mea quidem hercle in dubio est vita
DA. et quid tu scio. PAM. nuptie mihi. DA. et id scio.
PAM. hodie. DA. obtundis tametsi intelligo. id paua-
nes ne ducas tu illam. tu autem ut ducas. CA. rem te-
nes. PAM. istuc ipsum. DA. atque istuc ipsum nihil pericli
est me vide. PAM. obsecro te quam primum hoc me libera mi-
serum metu. DA. hem libero. tibi uxorem non dat Chremes
PAM. qui scis. DA. scio. tuus pater modo me prehendit.
ait tibi uxorem dare sese hodie item alia multa que
nunc non est narrandi locus. continuo ad te properans
percurro ad forum ut dicam tibi hec. ubi te non inuenio ibi
ascendo in quendam excelsum locum circumspicio. nus-
quam. ibi forte video huius birriam. rogo. negat vidisse
te sese. et mihi molestum. quid agam cogito. redeunti
interea ex ipsa re mihi incidit suspitio. hem pau-
lulum obsonii. ipsus tristis. de improuiso nuptie
non coherent. PAM. quorsum nam istuc. DA. egomet
continuo ad Chremetem. cum illoc aduenio solitudo an-

ostium. iam id gaudeo. CA. recte dicis. PAM. perge. DA. maneo. introire interea neminem video. exire neminem. matronam nullam in edibus. nihil ornati. nihil tumulti. accessi. intro aspexi. PAM. scio. magnum signum. DA. num videntur convenire hec nuptiis. PAM. non opinor dave. DA. opinor narras. non recte accipis. certa res est. etiam puerum inde abiens conveni chremetis olera et pisciculos minutos ferre obulo in cenam seni. PAM. liberatus sum hodie dave tua opera. DA. ac nullus quidem. CA. Quid ita? nempe huic prorsus illam non dat. DA. ridiculum caput. quasi necesse sit. si huic non dat te illam uxorem ducere. nisi vides. nisi senis amicos oras. ambis. CHA. bene mones. ibo. et si hercle mea spes sepe hec frustrata est. vale.

PAM. Quid igitur sibi volt pater. cur simulat. DA. ego dicam tibi. si id nunc succenseat quia non det tibi uxorem chremes ipsus sibi esse iniurius videatur. neque id iniuria. prius quam tuum ut sese habeat animum ad nuptias perspexerit. sed si tu negaris ducere. ibi tu demum culpam in te transferet. tum ille turbe fiant. PAM. quid vis patiar. DA. pater est pamphile. difficile est. tum hec sola est mulier. dictum ac factum invenerit aliquam causam quamobrem eiciat oppido. PAM.

enicas DA ita PAM cedo igitur quid faciam dic me DA
dic te dicturum PAM hem DA quid est PAM ego ne
dicam DA cur non PAM numquam faciam DA ne nega
PAM suadere noli DA ex ea re quid fiat vide PAM ut
ab illa excludar hac concludar DA non ita est nem-
pe hoc sic esse opinor dicturum patrem ducas volo
hodie uxorem tu inquies ducam cedo quid iurga-
bit tecum hic reddes omnia que nunc sunt certa eius
consilia incerta ut sient sine omni periculo nam hoc
haut dubium est quin Chremes tibi non det gnatam nec
tu ea causa minueris hec que facis ne is mutet
suam sententiam patri dic velle te ut cum velit tibi iure
irasci non queat nam quod tu speras propulsabo fa-
cile uxorem his moribus dabit nemo inveniet in-
opem potius quam te corrumpi sinat sed si te equo
animo ferre accipiet neglygentem feceris aliam ociosus
queret interea aliquid acciderit boni PAM ita ne
credis DA haut dubium quidem id PAM vide quo
me inducas DA quid quin taces PAM dicam pue-
rum autem ne resciscat mihi esse ex illa cautio est
nam pollicitus sum suscepturum DA audax faci-
nus PAM hanc fidem sibi me obsecravit qui se sci-
ret non deserturum ut darem curabitur sed pater adest

cave te esse tristem sentiat.

Simo: Davus: Pamphilus:

Si. Reviso quid agant aut quid captent consilii. Da. hic nunc non dubitat quin te ducturum neges. venit meditatus alicunde ex solo loco. orationem sperat invenisse se qua differat te. proin tu fac apud te ut sies. Pam. modo ut possim Dave. Da. crede inquam hoc mihi Pamphile numquam hodie tecum commutaturum patrem unum esse verbum si te dices ducere.

Birria: Simo: Pamphilus: Davus:

Bir. Erus me relictis rebus iussit Pamphilum hodie observare ut quid ageret de nuptiis scirem id propterea nunc hunc venientem sequor ipsum adeo presto video cum Davo. hoc agam. Si. utrumque adesse video. Da. hem serva. Si. Pamphile. Da. quasi de improviso respice ad eum. Pam. ehem pater. Da. probe. Si. hodie uxorem ducas ut dixi volo. Bir. nunc nostre timeo parti quid hic respondeat. Pam. neque istic neque alibi tibi usquam erit in me mora. Bir. hem. Da. obmutuit. Bir. quid dixit. Si. facis ut te decet cum istuc quod postulo impetro cum gratia. Da. sum verus. Bir. erus quantum audio uxore

excidit. Ch. Iam nunc intro ne in mora tu opus sit sies

Pam. Eo. Ch. Nulla ne in re esse homini cuiquam fide.

Verum illud verbum est volgo quod dici solet omnes sibi

esse melius malle quam alteri. ego illam vidi virgine

forma bona memini videre in quo equior sum Pam-

philo si se illam in somnis quam illum amplecti maluit.

Remitiabo ut pro hoc malo det malum.

Simo: Davus:

Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam portare

et ea me restitisse hic gratia. Si. quid Davus

narrat. Da. eque quicque nunc quidem. Si. Nihil ne hem. Da. nihil prorsus. Si. atqui expectabam quidem. Si. prater

spem evenit sentio. hic male habet virum. Simo.

Potisne mihi verum dicere. Da. nihil facilius.

Si. Num illi molestie quippiam he sunt nuptie

propter huiusce hospite consuetudinem. Da. nihil her-

cle aut si adeo bidui aut tridui hec solicitudo nostin

deinde desinet. etenim ipsus secum eam rem recta

reputavit via. Si. laudo. Da. dum licitum est ei

dumque etas tulit amavit; tum id clam cavit

ne umquam infamie ea res sibi esset. ut virum fortem decet. nunc uxore opus est. animum

ad uxorem appulit. Si. subtristis visus est esse a-

liquantulum mihi. Da. nil propter hanc rem. sed est quod

succenset tibi. Si. quidnam est. Da. puerile.

Si. quid est. Da. nihil. Si. quid. dic quid est.

Da. ait nimium parce facere sumptum. Si. me-

ne. Da. te. vix inquit dragmis est obsonatus

decem non filio videtur uxorem dare. quem inquit

vocabo ad cenam meorum equalium potissimum nunc. et nes-

cio quid dicendum hic siet. tu quoque perparce nimi-

um non laudo. Si. tace. Da. commovi. Si. ego is-

tec recte ut fiant videbo. quidnam hoc est rei.

quid hic vult veterator sibi. nam si hic mali est

quicquam. hem illic est huic rei caput.

Misis. Lesbia obstetrix. Glicerium. Simo. Davus.

Ita pol quidem res est ut dixti lesbia. fidelem haud

ferme mulieri invenies virum. Si. ab andria est

ancilla hec. Da. quid narras. Si. ita est. Mis.

sed hic pamphilus. Si. quid dicit. Mis. firma-

vit fidem. Si. hem. Da. utinam aut hic surdus

aut hec muta facta sit. Mis. nam quod peperisset

iussit tolli. Si. o iupiter quid ego audio. actum

est siquidem hec vera predicat. Lesb. bonum inge-

nium narras adolescentis. Mis. optimum. sed se-

quere me intro ne in mora illi tu sis. Lesb.

Lesb. sequor. Da. quod remedium nunc huic malo

inveniam. Si. quid hoc. adeon est demens. ex

peregrinum iam scio. ha. vix tandem sensi stolidus sensi. DA. Quid hic sensisse se ait? SI. Hec primum affertur michi ab hoc fallatia: nam simulant parere quo Chremetem absterreat. intus. Iuno lucina fer opem serua me obsecro. SI. Hui. tam cito? ridiculum. postquam ante ostium me audiuit stare approperat. non sat commode diuisa sunt temporibus tibi Daue hec. DA. Michin? SI. Num immemores discipuli? DA. ego quid narras nescio. SI. Hiccine me si imparatum in ueris nuptiis adortus esset quos michi ludos redderet. Nunc huius periclo fit. ego in portu nauigo.

Lesbia obstetrix. Simo senex. Dauus seruus.

Adhuc Archilis que assolent queque oportent signa esse ad salutem: omnia huic esse video. nunc primum fac ista ut lauet. postinde quod iussi dare ei bibere: et quantum imperaui date. mox ego huc reuertor. per ecastor scitus puer est natus pamphilo. deos queso ut sit superstes quandoquidem ipse est ingenio bono. cumque huic est ueritus optime adolescenti facere iniuriam. SI. vel hoc quis non credat qui te norit abs te esse ortum. DA. quidnam id est? SI. non imperabat coram quid opus facto esset puerpere. sed postquam egressa est illis que sunt intus clamabat de uia. o Daue itane contemnor

a te. aut ita ne tandem idoneus tibi videor esse quem tam
aperte fallere incipias dolis? saltem accurate ut me-
tui videar: certe — si resciuerim Da. certe hercle nu-
nc hic se ipsus fallit haud ego Si. edixin tibi inter-
minatus sum ne faceres. num veritus? quid retulit?
Credon tibi hoc nunc peperisse hanc e pamphilo.
Da. teneo quid erret. et quid agam habeo Si.
quid taces? Da. quid credas? quasi tibi non renunciata
sint hec. sic fore Si. mihin quisquam? Da. eho an
tute intellexisti hoc assimularier Si. irrideor
Da. renunciatum est. nam qui istec tibi incidit suspitio
Si. qui? quia te noram Da. quasi tu dicas factum id
consilio meo Si. certe enim scio. Da. non satis me
pernosti etiam qualis sim Simo Si. ego ne te? Da. sed
si quid tibi narrare cepi. continuo dari tibi verba censes.
Si. falso. Da. itaque hercle nihil iam mutire audeo
Si. hoc ego scio unum. neminem peperisse hic. Da. in-
tellexti. sed nihilo setius deferet huc. mox puerum
ante ostium. id ego iam tibi nunc renuncio ere futurum ut
sis sciens. ne tu hoc mihi posterius dicas davi fac-
tum consilio aut dolis. prorsus a me opinionem hanc
tuam esse ego amotam volo Si. unde id scis Da.
audivi et credo Si. multa concurrunt simul qui co-

Iam primum hec se e pamphilo gravidam dixit esse: inventum est ...

coniecturam hanc nunc facio. iam primum hec se e pamphilo

gravidam dixit esse. inventum est. nunc postquam videt nup-

tias domi apparari. missa est ancilla ilico obstetricem

accersitum ad eam et puerum ut afferret simul. Da. hoc nisi fit

puerum ut tu videas nihil moventur nuptie. Si. quid ais?

cum intellexeras id consilium capere. cur non dixisti extem-

plo pamphilo? Da. quis igitur eum ab illa abstraxit nisi

ego. nam omnes nos quidem scimus quam misere hanc amaverit.

nunc sibi uxorem expetit. postremo id mihi da negotii.

tu tamen has nuptias perge facere ita ut facis. et id

spero adiutores deos. Si. immo abi intro. ibi opperire.

et quod paratum est opus para. non impulit me hec nunc

omnino ut crederem. atque haud scio an que dixit vera sint

omnia. sed parvipendo. illud mihi multo maximum est

quod pollicitus est mihi ipsus gnatus. nunc chremem conveni-

am. orabo gnato uxorem. si impetro quid alias malim

quam hodie has fieri nuptias. nam gnatus quod pollicitus

est haud dubium id mi est. si nolit quin eum merito pos-

sim cogere. atque adeo in ipso tempore eccum ipsum obviam chremem.

Simo. Chremes.

Iubeo chremetem salutari. Chr. o te ipsum querebam.

et ego te. Si. optato advenis. aliquot me adierunt

qui ex te auditum aiebant hodie filiam meam nubere tuo

Optato advenis: optato advenisti est. ut virgilius: at velim optato ...

Aliquot hoc est me multi ... adierunt: ... et ... dixerunt ... breviat quod ...

Nichil moventur nuptie: non perturbantur: non ... differantur.

Immo abi intro ...

gnato. id missum face. illi insaniunt. auscultà paucis
et quid ego te velim et tu quod queris scies. Cre. ausculto
loquere quid velis. Si. per te deos oro et nostram amicitiam
Chreme que incepta a parvis cum etate accrevit
simul perque unicam gnatam tuam et gnatum meum. cuius
tibi potestas summa servandi datur. ut me adiuves in hac re
atque ita uti nuptie fuerant future fiant. Cre. ah
ne me obsecra quasi te hoc orando a me impetrare
oporteat. alium esse censes nunc me atque olim cum dabam.
si in re est utrique ut fiant accersi iube. sed si ex ea re
plus mali est quam commodi utrique. id te oro in commune
ut consulas quasi illa tua sit. pamphili que ego sim pater.
Si. immo ita volo. itaque postulo ut fiat Chreme. ne-
que postulem abs te nisi ipsa res moneat. Cre. quid est
Si. ire sunt inter glicerium et gnatum. Cre. audio. Si. ita
magne ut sperem posse avelli. Cre. fabule. Si. pro
fecto sic est. Cre. sic hercle ut dicam tibi. amantium ire a-
moris integratio est. Si. hem. id te oro ut ante eamus
dum tempus datur. dumque eius libido occlusa est contumeliis.
prius quam harum scelera et lacrime conficte dolis re-
ducant animum egrotum ad misericordiam. uxorem demus. spe-
ro consuetudine et coniugio liberali devinctum Chreme
deinde facile ex illis sese emersurum malis. Cre. tibi

ita videtur. at ego non posse arbitror neque illum hanc

perpetuo habere neque me perpeti. Si. qui scis ergo istuc.

nisi periculum feceris. Chre. at istuc periculum in filia fieri

grave est. Si. nempe incommoditas denique huc omnis

redit si eveniat (quod dii prohibeant) discessio. at si cor-

rigatur quot commoditates vide principio amico filium resti-

tueris. tibi generum firmum. et filie invenies virum. Chre.

quid istic. si ita istuc animum induxisti esse utile. nolo tibi

ullum commodum in me claudier. Si. merito te semper max-

imum feci chreme. Chre. sed quid ais. Si. quid. Chre. qui scis

eos nunc discordare inter se. Si. ipsus mihi davus qui

intimus est eorum consiliis dixit. et is mihi persuadet

nuptias quantum queam ut maturem. num censes faceret

filium nisi sciret eadem hec vellet. tute adeo iam eius

audies verba. heus advocate huc davum. atque eccum

video ipsum foras exire

·Davus· ·Simo·

Ad te ibam. Si. quid nam est. Da. cur uxor non

accersitur. iam advesperascit. Si. audin tu illum.

ego dudum non nichil veritus sum dave abs te ne fa-

ceres idem quod vulgus servorum solet dolis ut me deluderes.

propterea quod amat filius. Da. ego ne istuc facerem.

Si. credidi. idque adeo veniens vos celavi quod nunc

dicam DA quid est. SI scies. nam propemodum habes
tibi iam fidem DA tandem cognosti qui siem SI non
fuerat nuptie future DA quid non. SI sed ea gratia
simulaui uos vt pertemtarem DA quid ais. SI sic
res est DA uide nunquam ego istuc quiui intelligere.
vah consilium callidum SI hoc audi vt hinc te intro
ire iussi oportune mihi hic fit obuiam DA hem num
non perimus SI narro huic que tu dudum narrasti
mihi DA quidnam audio SI gnatam ut det oro vix
que id exoro DA occidi SI hem quid dixisti DA opti
me inquam factum SI nunc per hunc nulla mora est.
DA domum modo ibo ut apparentur dicam atque huc re
nuntio SI nunc te oro daue quoniam solus michi effecisti
has nuptias DA ego uero solus SI corrige michi
porro gnatum enitere DA faciam hercle sedulo SI po
tes nunc dum animus irritatus est DA quiescas SI
age igitur ubi nunc est ipsus DA mirum ni domi est
SI ibo ad eum atque eadem hec que tibi dixi dicam iti
dem illi DA nullus sum quid cause est quin hinc
in pistrinum recta proficiscar via. nihil loci est preci
relictum. iam perturbaui omnia. erum fefelli in nup
tias conieci erilem filium feci hodie vt fierent insperante
hoc atque inuito pamphilo. hem astutias. quod si quiessem

Quiessem: si quieuissem ...
Dicam itidem illi ...
Nullus sum: plus est nullum esse quam perisse ...
Hem astutias: Bona yronia ...

nichil euenisset mali. sed eccum video ipsum occidi. utinam michi esset aliquid hic quo nunc me precipitem darem. Precepts a p. d. 93

Pamphilus. Dauus.

Ubi illic est scelus qui me perdidit. *Da* perii.

Pam atque hoc confiteor iure michi obtigisse. quandoquidem tam iners tam nullius consilii sum. seruon fortunas meas me commisisse futili. ego precium ob stultitiam fero. sed inultum id numquam a me aufferet. *Da* posthac incolumem sat scio fore me. nunc si devito malum. *Pam* sed quid ego nunc dicam patri. negabon velle me modo qui sum pollicitus ducere. qua fiducia id facere audeam. nec quid nunc de me faciam scio. *Da* nec de me quidem atque id ago sedulo. dicam aliquid me inuenturum ut huic malo aliquam producam moram. *Pam* oh. *Da* visus sum. *Pam* ehodum bone vir. quid ais. viden me tuis consiliis impeditum esse. *Da* at iam expediam. *Pam* expedies. *Da* certe pamphile. *Pam* nempe ut modo. *Da* immo melius spero. *Pam* hoh tibi ego ut credam furcifer. tu rem impeditam et perditam restituas. hem quo fretus siem qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias. an non dixi esse hoc futurum. *Da* dixisti. *Pam* quid meritus. *Da* crucem. sed sine paululum ad me ut redeam iam aliquid dispiciam. *Pam* ei michi cur non habeo

spatiū ut de te sumā supplitiū ut volo. nā hoc temp9 pre:
caue mihi me monet haud de te ulcisci sinit

Charinus. Pamphilus. Davus.

Cha. Hoccine est credibile aut memorabile: tanta ve:
cordia innata cuiquā ut siet. ut malis gaudeat. atque
ex incomodis alterius sua ut comparet comoda. ah.
an id est verū. immo id est pessimū hominū genus in
denegando modo quis paululū pudor adest. post ubi
tempus est promissa iam perfici. tum coacti necessario se
aperiunt et timent. et tamen res eos cogit denegare.
ibi tum eorū impudentissima oratio est quis tu es.
quis mihi es. cur meā tibi. heus proximus sum ego:
met mihi. attamen ubi fides est. si roges nihil pu:
det hic ubi opus est non verentur. illic ubi opus non
est ibi verentur. sed quid agam. adeam ne ad eum et
cū eo iniuriā hanc expostulem. ingeram mala multa
atque aliquis dicat nihil promoveris. multū moles:
tus ei certe fuero. atque animo morem gessero. **Pam.** Chari:
ne et me et te imprudens (nisi quid dii respiciunt) per:
didi. **Ca.** ita ne imprudens. tandem inventa est causa.
solvisti fidem. **Pam.** quid tandem. **Ca.** etiā nunc
me seducere istis dictis postulas. **Pam.** quid istuc est.
Cha. postquā me amare dixi complacita est tibi.

Heu me miseru qui tuu animu ex animo spectaui me

o Pam falsus es Ca. prome ti satis esse gt solidu gau

diu est visu nisi me lactasses amante et falsa spe produ

ces habeas Pam habeã. ah. nescis quātis in malis

verser miser. quātas g hic suis consiliis in confecit sol

licitudines meus carnifex Ca. quid istuc tam miru

est de te si exemplu capit Pam haud istuc dicas si

cognosses vel me l amore meu. Ca. scio altercasti tu

pre dudu. et is propterea succenset. nec te quiuit hodie

cogere illam ut duceres Pam immo etiam quo tu minus

scis erumnas meas. he nuptie no apparabantur michi

nec postulabat nunc quisquam uxorem dare. Ca. scio tu

coactus tua volun te es Pam mane nondu scis. Ca.

scio equidem illa ducturum esse te Pa cur me enecas

hoc audi nunquam destitit instare ut dicerem me esse duc

turu patri. suade. orare usque adeo donec perpulit.

Ca. quis homo istuc Pam dauus Ca. dauus Pam inter

turbat Ca. quamobrem Pam nescio nisi michi deos satis

scio fuisse iratos qui auscultauerim ei Ca. factum hoc

daue Da factum. Ca. quid ais. scelus. at ti dii dignum

factis exitum duint. eho dic michi. si omnes hunc coniectu

in nuptias inimici vellent quod nisi hoc consiliu darent.

Da deceptus sum. at non defatigatus Ca. scio Da hoc

III. actus.

non successit alia adgrediemur via nisi si id putas quia
primo processit parum non posse iam ad salutem converti hoc
malum Pam immo etiam nam satis credo si advigilaveris
ex unis geminas michi conficies nuptias Da ego pamphile
hoc tibi pro servitio debeo conari manibus pedibus noctes et
dies capitis periculum adire dum prosim tibi tuum est si quid preter
spem evenit michi ignoscere parum succedit quod ago aut sedulo
facio vel tute melius aliud reperi me missum face
Pam cupio restitue in quem accepisti locum Da faciam
Pam at iam hoc opus est Da hem sed mane concrepu-
it a glicerio ostium Pam nichil ad te Da quero Pam
hem nunc demum Da at iam tibi hoc inventum dabo

Incipit quartus actus

Misis. Pamphilus. Charinus. Davus.

Iam ubi ubi erit inventum tibi curabo et mecum adductum
tuum pamphilum tu modo anime mi noli te macerare
Pam Misis Mis quid est Mis hem pamphile optime
te mi offers Pa quid est Mis orare iussit si se ames
hera iam ad sese ut venias videre ait te cupere Pa vah
perii hoc malum integrascit sicine me atque illam opera
tua nunc miseros sollicitarier nam idcirco arcessor nup-
tias quod mi apparari sensit Ca quibus quidem quam fa-
cile poterat quiesci si hic quiesset Da age si hic non
insanit satis sua sponte instiga Mis atque edepol ea res

est; ppterea qz nunc miseram in merore est Pam mysis. p oes
ti adiuro deos nunq eam me deserturum non si capiundos mi
si sciam esse inimicos omes homines. hanc mihi expetivi
contigit. conveniunt mores. valeant qui int nos discidium
volunt. hanc n mores mihi adimet nemo. Ca. respisco.
Pam non appollinis magis veru atqz hoc responsu est
si poterit fieri ut ne pr per me stetisse credat quo minus
ne nuptie fierent volo. sed si id no poterit id faciam in
proclive qd est per me stetisse ut credat. quis videor.
Ca. miser eque atqz ego. Da. consiliu quero Ca. for
tis Pam scio quid conere Da. hoc ego ti profecto effectu
reddam Pam tam hoc opus est. Da. qn iam habeo Ca
quid est Da huic no ti habeo; ne erres. Car sat habeo
Pam quid facies cedo. Da dies hic m ut satis sit ve
reor ad agendu ne vacuu esse ne nunc ad narrandu cre
das. proinde hinc vos amolimini na mihi impedimento
estis Pam ego hanc visam. Da. quid tu. quo hinc te
agis Ca. verum vis dicam Da immo et iam narratio
incipit m initiu Ca. quid de me fiet Da eho tu im
pudens non satis habes quod ti dieculam addo quantu huic
promoveo nuptias. Ca. Dave attamen. Da quid er
go Ca ut ducam. Da. ridiculum Ca huc face ad me
ut venias si quid poteris Da quid veniam nichil heo

prioribus diebus nonnullorum Ungarorum [illegible] vulgari [illegible] castrum Mertesstein [illegible] cum per tres [illegible]

[illegible] [illegible] Vi [illegible] barones [illegible] post Viennam quod [illegible] illa [illegible] militibus in castro

[illegible] regis [illegible] [illegible] thesaurarii regii [illegible]

[illegible] Viennam [illegible] castrum [illegible] thesaurarii Hainburch [illegible] prelatis [illegible]

thesaurarius regis [illegible] Nam [illegible] militibus [illegible] equites et pediti in aqua [illegible] castrum regis

[illegible] ut ille [illegible] (quod [illegible] in castro [illegible]) et omnes [illegible] in nocte [illegible] thesaurarius [illegible] ab equitibus [illegible] octingentorum

[illegible] [illegible] pedites [illegible] in aqua [illegible]

[illegible] quod equites [illegible] castrum [illegible] thesaurarii [illegible] pedites [illegible]

[illegible] ordinatis [illegible] Hungaris [illegible] insidias Hungarorum [illegible]

[illegible] Hungari [illegible] imperatoris [illegible] Hungari [illegible]

[illegible] Hungari [illegible] XII [illegible] imperatoris [illegible] militum armatorum [illegible]

[illegible] Imperatoris [illegible] ordinatis [illegible]

processionis passim [illegible] plateas et vicos [illegible]

[illegible] Celebrare [illegible] Corporis Christi [illegible] Imperatoris

[illegible] ordinatis [illegible] in Civitate [illegible] Hungari [illegible]

Andreas [illegible] Hungari

[illegible] Hungari [illegible] hostium [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

4tus. actus.

Ca. attamen si quid age Da. uenia. Ca. si quid domi
exo Da. tu misis dum ex co[n]parum me opperire hic
Mis. quapropter. Da. ita facto opus est. Mis. matura
Da. iam inquam hic adero

Misis ancilla. Dauus seruus.

Nihilne esse proprium cuiquam. dy uostram fidem. summum bonum esse ere putabam hunc pamphilum amicum amatorem uirum in quouis loco paratum uerum ex eo nunc misera que capit dolorem. facile hic plus mali est quam illic boni. Sed dauus exit. mi homo quid istuc obsecro est. quo portas puerum. Da. Misis nunc opus est tua mihi ad hanc rem ex prompta memoria atque astutia. Mis. quid nam incepturus. Da. accipe a me hunc ocius atque ante nostram ianuam appone. Mi. obsecro humine. Da. ex ara hinc sume verbenas vel atque eas substerne. Mi. quamobrem id tute non facis. Da. quia si forte opus sit ad herum iurando m[ihi] non apposuisse ut liquido possim. Mi. intelligo noua nunc religio in te istet incessit cedo. Da. moue ocius te ut quid agam porro intelligas. pro iuppiter. Mi. quid est. Da. sponse pater interuenit repudio consilium quod primum intenderam. Mi. nescio quid narres. Da. ego quoque hinc ab dextera me venire assimulabo tu ut subseruias

orationi. utcumque opus sit verbis inde. Mi ego quid agas
nichil intelligo. sed quid est. quod mea opera opus sit vob
aut tu plus vides. manebo. ne quid vestrum remorer co
modum. Chremes. Misis. Dauus.

Cre. Revertor postquam que opus fuere ad nuptias gna
te paravi ut iubeam accersi. sed quid hoc? puer
hercle est. mulier. tun apposuisti hunc? Mi ubi illic est
Cre non michi respondes? Mi nusquam est. hem. ve mi
sere mihi reliquit me homo atque abiit. Da Di vestram fi
dem: quid turbe est ante forum. quid illic hominum litigant
tum annona cara est. quid dicam aliud nescio. Mi cur
tu obsecro hic me solam. Da hem. que est hec fabula.
eho. Mi Misis. puer hic est unde? quisve huc attulit
Mi satin sanus es qui me rogites. Da quem ego igitur
rogem. qui hic neminem alium videam. Cre miror un
de sit. Da dictura es quod rogo. Mi hau. Da con
cede ad dexteram. Mi deliras. non tute ipse. Da
verbum si mihi unum preter quam quod te rogo faxis. cave. Mi
maledicis. Da unde est. dic clare. Mi a vobis. Da
ha ha he. mirum vero impudenter mulier si facit meretrix
Cre ab andria est ancilla hec quantum intelligo. Da
adeon videmur vobis esse idonei in quibus sic illudatis
Cre veni in tempore. Da propera adeo puerum tollere

hinc ab ianua. mane. caue. quoquam ex istoc excessis
loco Mi Di te eradicent ita me miseram territas Da
tibi dico ego cum non Mi quid vis Da at etiam rogas.
cedo puerum tuum hinc apposuisti. Da unde Mi tu nes-
cis. Da mitte id quod scio. dic quod rogo Mi vestri Da eg
vestri Mi pamphili Da hem. quid. pamphili Mi e-
ho. an non est. recte ego semper fugi has nuptias Da
o facinus animaduortendum Mi quid clamitas Da
quemne ego heri vidi ad vos afferri vesperi. Mi o ho-
minem audacem Da verum. vidi cantharam suffarcinatam
Mi dis pol habeo gratiam cum in pariendo aliquot af-
fuerit libere Da ne illa illum haud novit cuius cau-
sa hoc incipit. chremes si positum puerum ante edes vide-
rit suam gnatam non dabit. tanto hercle magis dabit Cre
non hercle faciet Da nunc adeo ut tu sis sciens nisi pu-
erum tollis iam ego hunc in mediam viam prouoluam
teque ibidem pronoluam in luto Mi tu pol homo non
es sobrius Da fallacia alia aliam trudit. iam susur-
rari audio ciue atticam esse hanc Cre hem. Da co-
actus legibus uxoem ea ducet Mis eho. obsecro an
non ciuis est Cre iocularium in malum insciens pene
incidi Da quis hic loquitur. o chreme per tempus
aduenis. ausculta Cre audiui omnia. Da. alia nedu

Andria.

Actus quintus et ultimus

omnia. Cre. audivi iam a principio. Da. audistin obsecro?
hem scelera. hanc iam oportet hinc in cruciatum abripi.
hic est ille. non te credas Davum ludere. My. me miseram.
nihil pol falsi dixi mi senex. Cre. novi omnem rem.
sed est Simo intus? Da. est. My. ne me attingas scelesté. si pol Glycerio non omnia hec. Da. eho inepta nescis quid sit actum. My. qui sciam? Da. hic socer est.
alio pacto haud poterat fieri ut sciret hec que volumus. My. prediceres. Da. paululum interesse censes
ex animo omnia ut fert natura facias an de industria.

Crito senex. Mysis ancilla. Davus servus.

In hac habitasse platea dictum est Chrysidem que sese
inhoneste optavit parare hic divitias potius quam
honeste in patria pauper vivere. eius morte ea ad me
lege redierunt bona. sed quos percontér video. salvete.
Mis. obsecro quem video? est ne hic Crito sobrinus
Chrysidis? is est. Crit. o Mysis salve. Mi. salvus sis Crito.
Crit. hem itan Chrysis? Mi. hem nos quidem pol miseras perdidit. Crit. quid vos? quo pacto hic? satin recte?
Mi. nos ne? sic ut quimus aiunt quando ut volumus non licet.
Crit. quid Glycerium? iam hic suos parentes repperit? My.
utinam. Crit. an nondum etiam? haud auspicato huc me
appuli. nam pol si id scissem numquam huc tulissem pedem.

·Actus· ·ultimus·

Semper enim dicta est atque habita est soror: que illius
fuerunt possidet. nunc me hospitem lites sequi quam hic
mihi sit facile atque utile aliorum exempla commonet.
simul arbitror iam esse aliquem amicum et defensorem
eius. nam fere grandiuscula iam profecta est illinc
clamitet me sicophantam: hereditatem persequi me-
dicum. tum ipsam despoliare non libet. **Mi.** optime
hospes pol crito antiquum more obtines. **Cri.** duc me
ad eam quando huc veni ut videam. **Mi.** maxime.
Da. sequar hos. nolo me in tempore hoc videat senex.

Simo. Chremes. duo senes.

[S]atis iam satis Simo spectata erga te amici-
tia est mea satis pericli incepi adire. oran-
di iam finem face. dum studeo obsequi tibi pene illusi
vitam filie. **Si.** immo enim nunc quam maxime abs
te postulo atque oro chreme. ut beneficium verbis initum
dudum nunc re comprobes. **Cre.** vides quam iniquus
sis pre studio. dum id efficias quod cupis. neque modum
benignitatis neque quid me ores cogitas. nam si cogites
remittas iam me onerare iniuriis. **Si.** quibus?
Cre. at rogitas? perpulisti me ut homini adolescen-
tulo in alio occupato amore abhorrenti ab re
uxoria filiam ut darem in seditionem atque in incertas
nuptias. eius labore atque eius dolore gnato ut me-

ditarer meo; impetrasti. incepi dum res tetulit. nunc non
fert. feras. illam hinc civem esse aiunt puer est natus. nos
missos face. Si. per ego te deos oro ut ne illis animum in-
ducas credere quibus id maxime utile est. illum esse quam deterri-
mum. nuptiarum gratia hec sunt ficta atque incepta omnia ubi
ea causa quamobrem id faciunt erit adempta. his desinent
Cre. erras. cum davo egomet vidi obiurgantem ancillam
Si. scio. Cre. at vero voltu cum ibi me adesse neuter tum
presenserat. Si. credo. et id facturas davus dudum pre-
dixit mihi. nescio quid tibi sum oblitus hodie ac volui dicere.

Davus: Cremes: Simo: Dromo servus:

Animo nunc iam ocioso esse impero. Cre. hem Da-
vum tibi. Si. unde egreditur. Da. meo presidio atque
hospitis. Si. quid illud mali est. Da. ego comodiorem
hominem adventum ad tempus non vidi. Si. scelus. quem-
nam hic laudat. Da. omnis res est iam in vado. Si.
cesso alloqui. Da. erus est quid agam. Si. o salve
bone vir. Da. ehem simo o noster chremes omnia appa-
rata sunt iam intus. Cre. curasti probe. Da. ubi voles
accerse. Si. bene sane. id enimvero hinc nunc abest. etiam
tu hoc responde michi quid istic tibi negotii est. Da.
mihin. Si. ita. Da. mihin. Si. tibi ergo. Da. modo intro-
ii. Si. quasi ego quam dudum rogem. Da. cum tuo gnato una.
Si. an nam est intus pamphilus. crucior miser. eho non

actus · quintus

tu dixti esse inter eos inimicitias carnifex? Da. Sic.

Si. Cur igitur hic est? Chre. Quid illum censes? cum illa liti

gat. Da. Immo vero indignum chremes iam facinus faxo

ex me audias. Nescio quis senex modo venit ellum confidens

catus. cum faciem videas videtur esse quantivis preti tristis se

veritas inest in voltu atque in verbis fides. Si. Quid

nam apportas? Da. Nihil equidem nisi quod illum audivi

Si. Quid ait tandem? Da. Glycerium se scire civem esse atticam.

Si. Hem dromo dromo. Da. Quid est? Si. Dromo

Da. Audi. Si. Verbum si addideris: dromo Da. Audi ob

secro. Dro. Quid vis? Si. Sublimem intro hunc rape quantum

potes. Dro. Quem? Si. Davum. Da. Quamobrem? Si. Quia

lubet. Rape inquam. Da. Quid feci? Si. Rape. Da. Si quic

quam invenies mentitum occidito. Dro. Nihil audio. Dromo ego

te commotum reddam. Da. Tamen etsi hoc verum est. Si. Cu

ra tamen tu ad servandum vinctum. atque audin? qua

drupedem constringito. Age iam nunc ego pol hodie si

vivo ego tibi ostendam erum quid sit pericli fallere et

illi patrem. Chre. Ah ne saevi tantopere. Si. Chremes.

pietatem gnati. non te miseret mei tantum laborem ca

pere ob talem filium. Age pamphile. exi pamphile. ecquid te pudet?

Pamphilus · Simo · Chremes

Quis me volt? perii pater est. Si. Quid ais? Omnium

Cre ah rem potius ipsam dic ac mitte male loqui.
Si Quasi quicquam in hunc iam gravius dici possiet. Ain tandem civis glicerium est. Pam ita predicant. Si ita predicant. o ingentem
confidentiam num cogitat quid dicat. num facti piget.
vide num eius color pudoris signum usquam indicat. adeon
impotenti esse animo ut preter civium morem atque legem et
sui voluntatem patris tamen hanc habere studeat cum
summo probro. Pam me miserum Si hem modo ne id de-
mum sensisti pamphile. olim istuc olim cum ita animum
induxisti tuum quod cuperes aliquo pacto efficiundum
tibi eodem die istud verbum vere accidit sed quid ego. cur
me excrucio. cur me macero. cur meam senectutem
huius sollicito amentia. an ut pro huius peccatis ego
supplicium sufferam. immo habeat valeat vivat cum
illa Pam mi pater Si quid mi pater. quasi huius tu
indigeas patris. domus uxor liberi inventi invito patre
adducti qui illam civem hinc dicant. viceris Pam pater
licet ne pauca Si quid dicis mihi Cre at tandem
Simo audi Si ego audiam. quid ego audiam Chreme
Cre at tamen dicat sine Si age dicat sino Pam ego
me amare fateor hanc si id peccare est fateor id quoque
tibi pater dedo. quid vis oneris impone. impera. vis me uxorem
ducere hanc vis amittere ut potero feram hoc modo

Confidencia in bono et malo ponitur

te obsecro ut ne credas a me allegatum hunc senem sine me
expurgare atque illum huc coram adductam. **Si.** adductas. **Pam.**
sine pater. **Chre.** equum postulat. da veniam. **Pam.** sine te hoc ex-
orem. **Chre.** sine. **Si.** Simo. quid vis cupio dum ne ab hoc me
falli comperiar chreme. **Chre.** pro peccato magno paululum
supplicium satis est patri.

Crito. Chremes. Simo. Pamphilus.

Cri. Mitte orare una harum quevis causa me ut faciam mo-
net vel tu vel quod verum est vel quod ipsi cupio glicerio
Chre. andrium ego critonem video et certe is est. **Cri.** salvus
sis chreme. **Chre.** quid tu athenas insolens. **Cri.** evenit.
sed hiccine est simo. **Chre.** hic est. **Si.** men queris. eho
tu glicerium hinc civem esse ais. **Cri.** tu negas. **Si.** ita
ne huc paratus advenis. **Cri.** qua de re. **Si.** rogas.
tune impune hec facias. tune hic homines adulescen-
tulos imperitos rerum eductos libere in fraudem illicis.
sollicitando et pollicitando eorum animos lactas. **Cri.**
sanus ne es. **Si.** ac meretricios amores nuptiis conglutinas

Pam. perii. metuo ut substet hospes. **Chre.** si simo
hunc noris satis non ita arbitrere, bonus est hic vir. **Si.**
hic vir sit bonus. itane attemperate evenit hodie in
his nuptiis ut veniret antehac numquam est vero huic
credendum chremes. **Pam.** ni metuam patrem habeo pro-

illa res illum quod moneam probe Si sicophanta Cre hem

sic Cratinus hic est mitte Cri videat qui siet si mihi perget que

volt dicere ea que non volt audiet ego istec moneo haud cu-

ro non tu tuum malum equo animo feres nam ego que dixi vera

aut falsa audieris iam sciri potest Atticus quidam olim naui frac-

ta apud Andrum eiectus est et istec una parva virgo tum il-

le egens forte applicat primum ad Chrisidis patrem sese Si fa-

bulam inceptat Cre sine Cri itane vero obturbat Cre per-

ge Cri tum is mihi cognatus fuit qui eum recepit ibi ego

audivi ex illo sese Atticum esse is ibi mortuus est

Cre eius nomen Cri nomen tam cito tibi Phania Cre

hem perii Cri verum hercle opinor fuisse Phaniam hoc cer-

te Rhamnusium se aiebat esse Cre o Iuppiter Cri eadem

hec Chreme multi alii in Andro tum audivere Cre utinam

id sit quod spero dic mihi eho quid eam tum suamne esse

aiebat Cri non Cre cuiam igitur Cri fratris filiam Cre

certe mea est Cri quid ais Si quid tu ais Pam arri-

ge aures Pamphile Si qui credis Cre Phania ille frater

meus fuit Si noram et scio Cre is hinc bellum fugiens

meque in Asiam persequens proficiscitur tum illam relinquere hic

est veritus post illa nunc primum audio quid illo sit factum

Pam vix sum apud me ita animus commotus est metu spe

gaudio mirando hoc tanto tam repentino bono Si

sine istam multis modis tuā inveniri gaudeo Pam Cre-
do pater Cre at mihi unus scrupulus etiam restat qui
me male habet Pam dignus es cum tua religione odio nodum
in scirpo queris Cri quid istuc est Cre nomen non convenit
Cri fuit hercle huic aliud parve Cre quod Crito numquid
meministi Cri id quero Pam egone huius memoriam
patiar mee voluptati obstare cum egomet possim in hac
re medicari mihi non patiar · heus Chreme quod queris pa-
sibula est Cri ita est Cre ea est Pam ex ipsa milies iam
audivi Si omnes nos gaudere hec re te credo credere
Cre ita me dii bene ament credo Pam quid restat pater
Si iam dudum res reduxit me ipsa in gratiam Pam
o lepidum patrem de uxore ut ita possedi nichil mutat
Cre causa optima est nisi quid pater aliud ait Pam nempe
Si id scilicet Cre dos Pamphile est decem talenta
Pam accipio Cre propero ad filiam · eho mecum Crito
nam me illam haud credo nosse Si cur non illam huc
huc transferri iubes Pam recte admones · Davo ego is-
tuc dedam iam negocii Si non potest Pam qui Si
quia habet aliud magis ex sese et maius Pam quid nam
pater Si vinctus est Pam pater non recte est vinctus
Si haud ita iussi Pam iube solvi obsecro Si age
fiat Pam at matura Si eo intro Pam o faustum

et felicem hunc diem

Carinus · pamphilus · Dauus ·

· Ca · Prouiso quid agat pamphilus atque eccum pam aliquis forsitan me putet non putare hoc verum · at mihi nunc sic esse hoc verum lubet · ego deorum vitam propterea sempiternam esse arbitror quod voluptates eorum proprie sunt · nam mi immortalitas parta est si nulla egritudo huic gaudio intercesserit · sed quem ego mihi potissimum exoptem cui nunc hec narrare dari · Ca · quid illud gaudii est · pam dauum video nemo est quem malim omnium · nam hunc scio mea solum solide gauisurum gaudia ·

Dauus · pamphilus · Carinus

· Da · Pamphilus vbi nam hic est pam daue Da quis nam homo est pam ego sum Da o pamphile pam nescis quid mi obtigerit Da certe · sed quid mihi obtigerit scio pam et quidem ego Da more hominum euenit vt quod sim nactus mali prius rescisceres tu quam ego illud quod tibi euenit boni pam mea glicerium suos parentes repperit Da o factum bene Ca hem pam pater amicus summus nobis Da quis · pam Chremes Da narras probe pam nec mora vlla est quin eam vxorem ducam Ca num ille somniat ea que vigilans voluit pam tu de puero daue Da ah desine solus est quem diligunt dii Ca saluus sum si hec vera sunt adibo ·

et colloquar. Pam. quis homo est? o Charine in tempore
ipso mi advenis. Ca. bene factum. Pam. hem audistin? Ca.
omnia audivi: age me in tuis secundis respice. tuus est nunc Chre-
mes: facturum que voles scio esse omnia. Pam. memini. atque
adeo longum est nos illum expectare dum exeat. sequere hac
me: intus apud Glycerium nunc est. tu Dave abi domum.
propere arcesse hinc qui auferant eam. quid stas? quid ces-
sas? Da. eo. ne expectetis dum exeant huc: intus despo-
debitur: intus transigetur si quid est quod restat. Valete
et plaudite. Calliopius recensui.

Publii Therentii Afri Andria finit.

Incipit Eunuchus secundus liber:

De masculini generis nomine nuncupata fabula est Eunuchus: et est palliata Menandri
vetus: Quam id est auctor de facto adolescentis: qui se pro Eu-
nucho deduci ad meretricem passus est nominavit. Itaque ea
magna parte motoria est. atque in hac comedia qui personam
Parmenonis actor sustinet primas partes. Deinde secundas
Thaide: Tertie ad Phedriam spectant; Huius prologus
sane est concitator. Nam et obicit crimina adversantibus. et comminatur in posterum:
et accusatorie narrat iniuriam Therentio factam et ad ultimum tumultuose: et cum
magna invidia defendit poetam: Hec et prothesim et cathastrophen ita
equales habet: ut nisi prius dicat longiusculo opus Therentium delassatum dormi-
tasse. Actus sane implicatiores sunt in ea et qui non facile a parum doctis dis-
tingui possint. Ideo quia tenendi spectatoris causa vult poeta ne omnino qui-
que actus velut unum fieri: ne respiret quodammodo atque distincta alicubi conti-
nuatione succedentium rerum ante aulea sublata fastidiosus spectator exur-
gat. Acta plane ludis Megalensibus. L. Postumio. L.
Cornelio. Con. edilibus curulium curam habentibus: etiam tunc personati L.
Minucius Prothimus. L. Ambivius Turpione: item modulante Flacco
Claudio tibiis dextra et sinistra. ob iocularia vel multa permixta gra-
vitate: et acta est tanto successu: ac plausu: atque suffragio: ut rursus es-
set vendita: et ageretur iterum pro nova; pro qua ea primum quod nulli an-
tea fabulam contigit octo milibus sestertium numerarent poete preconem.
Tria multa sepe pronuntiata. et tantum sepe mutatis modis exhibita sunt.
... minimum habet: sed sunt tantum personis
ubi in hac Chremetis: delectat facetiis: prodest exemplis: et vitia quorum
paulo mordacius quam in ceteris carpsit: Exempla autem morum hic tenentur.
Propter personam urbani scilicet parasiti et militaris. Hec edita tertium est;
et pronuntiata Therentii Eunuchus quippe iam adulta commendatione
poete ac merite ingenii notioribus populo: facta autem ex duabus grecis una
est latina: Nam ex Eunucho et Colace Menandri fabulis: Hec
Eunuchus Therentiana scripta est; non sine crimine quod multa in

hanc translata sunt ex multis poetis latinis: quod totum per Prologum purgat atque defendit

Capta quedam ex Attica virgo nobilis: atque adducta est Rhodum: Ubique meretrici Thaidis matri ab amico dono data est: et educata velud soror una cum filia. Sed Thais relicta matre Rhodo cum amatore quodam Athenas se contulit: ab eoque heres instituta mortuo: mox a milite Trasone diligebatur nimis. Qui cum inde Athenis profectus Thaidis matrem Rhodi comperisset et eam virginem cum diviciis ab heredibus mortue audivisset venum esse propositam: cunctis ignorantibus eam emit tamen: et dono amice Thaidi vexit Athenas. Verum prius adveniens rivalem Phedriam apud amicam reperit; quem per eius absentiam sibi meretrix conciliarat affirmavit se non ante daturum promissam virginem quam Thais socius emulum pepulisset. Illa vero et si amaret Phedriam cupiditate tamen recuperande virginis et civis Attice: et quam a parvulo ut sororem dilexerat excludit Phedriam. Hinc ille primo restitit: postea accepta facti ratione a Thaide lenitur et in biduum spacium sponte concedens militi eius prestituit, statimque ne ab emulo muneribus superaretur Eunuchum et puellam Parmenonem iubet abiens ad Thaidem deducere. Verum Cherea frater Phedrie tunc Ephebus visa in via virgine inflammatur amore eius. Atque eo exarsit vehementi ardore: ut pro Eunucho ipse deducetur ad Thaidem. Hac occasione viciata virgo et mox civis et nobilis cognita datur uxor Cheree. Phedria vero et miles rivales ambo concordes per parasitum redditi communi amica sine certamine potiuntur.

In primo actu Phedria exclusus a Thaide: et servus primo et mox cum Parmenone conqueritur fortunas suas: et ad postremum coram accusat Thaidem: rursus permulcetur ab eadem et voluntate digrediens rus sese concessurum in spacium bidui esse promittit. Secundus Actus profectione Phedrie continet delectantes sermo deductione Eunuchi: et puelle ad Thaidem. tum parasitum loquentem. per quem virgo a milite dono amice missa est. tum inventum Cheree amantis virginem eiusdemque cum Parmenone consilium de eadem potienda per fallaciam: qua pro Eunucho ipse supponitur Thaidi. Tercius Actus. Caractem exprimit militis et parasiti per ridiculum colloquium. Tum invitationem ad cenam Thaidis. Tum oblationem velut Eunuchi Cheree et puelle ex ethiopia per Parmenonem factam: Tum verba Cremetis ad Thaidem venientis perductioque ad militem Antiphonis Cheree; colloquium de viciata per dolum virgine: In quarto Actu Dorias timuisse iurgium inter militem et Thaidem reditum ex villa Phedrie: et querelam Pithie de viciata virgine apud Phedriam: et eiusdem stupentis quod audiebat errorem ebrii Cremetis et verba petulancia Thaidis adversum militem et militis adversum Thaidem parata prelia ridiculeque deposita. Quintus Actus continet querelam Thaidis de viciata virgine: primo cum Pithia: postea cum ipso Cherea: tum interventum Cremetis atque nutricis: tum perturbacionem Parmenonis per dolum Pithie: atque eius inditio per senem qui rure tunc advenerat confirmatas nupcias: et ad ultimum receptum in gratiam militem cum Phedria et Cherea;

Sequuntur introductiones personarum secundum libro Eunucho.

Laches senex civis Atheniensis fuit nobilis et dives, cui duo fuerunt filii, nomine maioris Phedria, minoris vero Cherea, cui servus Parmeno introducitur in hac Comedia semel tantum, ut primum nuptie fiant cognito ex filiis cive virginem viciarat loquitur etiam seriose more senum; **Phedria** filius Lachetis adamat perditissime et ex dono tradunt missit a Parmenone Ethiopissam et dominum Eunuchum hic introducitur ab autore ut demonstret levitatem iuvenum qui etiam aliqui taliter se obligant fedo amori. ut cum perniciem suam audiverant ne tamen inde se abstrahere possunt iam perditi mala consuetudine. ut dum talia perspicimus nobisipsis ne simus caveamus quid accidat devitemque aliorum exemplo edocti

Parmeno Servus fuit Lachetis consiliarius Phedrie qui multa in hac Comedia tractabat: propterea multa moraliter dicit introducitur ut aliquid auxilio sit Phedrie. cum in consiliis. tum in factis. et ut per eum Cherea pro Eunucho introducitur ad Thaidem. **Thais**. meretrix fuit. sumptuosa satis: et in arte meretricia completissime edocta. filia ex dame: que etiam meretricula fuit introducitur. ut videatur ex infamia matre nata facillime ad meretricium declinasse. iuxta illud Senece in filie notam devenit: Per hanc ostendit autor nobis dampnosam erga procos et amatores artem meretriciam. et quomodo me:

trix minime pudet si fallaces comprobant. qui virginum pudicitiam amiserunt
nichilo secius reliquam famam parvipendunt. **Traso** miles glori-
osus emulus Phedrie amator Thaidis fuit. cui et donaria preciosa plurima
contulit: vir verbosus et insulsus sepius a Gnatone deluditur. Ob hoc introduci-
tur ut per eum mores verbosorum comprehendamus et in divitiis fatuitatem stare pos-
se. Hic dum se sapientem predicat multis ludibriis afficitur. **Gnato**
vir callidus astutus et parasitorum princeps fuit: introducitur tanquam
consiliarius Trasonis: ut per eum nostramus mores et versutias Gnatonicorum
et ab aliis declinare possimus. **Sanga** unus fuit ex familia
Trasonis. qui duo bene congerebat cum galeo erat. Introducitur ut appareat
quod qualis dominus tales sunt servi eligit. **Dorus** Eunuchus fuit solum
introducitur ut fabula locum teneat. dum Therea pro eo ad Thaidem traducitur.
Therea adolescens ardens amore filius Lachetis palam adamavit
sororem Chremetis: et accepta veste Dori Eunuchi deductus a Parmeno-
ne ad Thaidem illa potitus est: Hic ab autore ideo introducitur ut primum mo-
res fatuos adolescentium aperiat et eorum parvam considerando. **Antipho**
socius fuit Therere. Hic introducitur cui narretur modus quo Pamphila
viciata fuit a Therea et ut aperiat autor amicorum mores. qui nichil
earum putant nec dulce. nisi amico vel amicis communicent eos gaudium.
Pamphila de qua hic agitur licet ad loquendum non introducatur
soror fuit Chremetis civis Atheniensis: que dum iuxta Athenas in loco
Sunnis nuncupato demoraretur: rapta fuit a predonibus. empta quod a quodam
milite dono data fuit matri Thaidis: deinde vendita per fratrem Thaidis. et emp-
ta a Trasone milite glorioso Thaidi dono data viciatur a Therea sub specie
Eunuchi introducto in domum Thaidis cognita vero cive attica per Chre-
metem fratrem eius coniugio copulatur Therere. **Chremes** frater Pamphile
iuvenis satis timidus fuit. Introducitur ab autore ut per eum mores timidi appe-
reant. et ut per eum Pamphila civis cognoscatur. **Sophrona** mulier
antiqua nutrix fuit. Ideo introducitur ut fidem faciat de Pamphila quod civis est.
Pithias ancilla Thaidis fuit. cui commissa fuit Pamphila et Eunuch-
us ymmo Therea sub specie Eunuchi: Hec animadvertens se delusam a Pa-
rmenone studuit diligentissime eidem vices rependere introducitur
solum ut aperiat. ut quod dum mulier ad callidita se committit ad malorum
superat ingenium virorum: **Dorias** ancilla fuit sive pedissequa Thaidis
Hec introducitur ut appareat doctrina meretricum erga suas ancillas et ut de-
monstret autor quod mulier mulieri facile subservit. His prelibatis in
quibus tota Comedie vis continetur. restat ut succincto sermone co-
medie series connectatur. — Summa in comedia Eunuchi.

Fuit in civitate Atheniensi iuvenis nomine
Phedria. cui frater Therea. quibus pater Laches. Is Phedria fido amore co-
rruptus Thaidis ab ea excluditur ut quandam fidicinam nomine Pam-
philam eripet a manibus Trasonis militis gloriosi; qui eius a-
more ardens ut Phedria ponebatur. Traso vero Pamphilam Tha-
idi negabat sese daturum nisi Thais secum esset sola diebus aliquibus. cum
Thais asserint Phedria vero indignatus fuit permaxime a Thaide se ex-
clusum esse. quod animadvertens Thais eundem ad se vocat. narrat quod sibi
causam exclusionis videlicet quod cupiebat illa via Pamphilam a manibus militis
liberare. tum quia olim credita erat esse sibi soror. tum quia ipsa inedi-
ante sperabat solam amiciciam se adepturam cum Chremete fratre vir-
ginis. Dum illam sibi restitueret a predonibus olim raptam e Sunio iuxta A-
thenas. tum quod potuit blandiis precibus apud Phedriam ut impetra-
ret. abeundum se posse pernoctare triduum apud Thrasonem ymmo et Phe-
driam ut acceptior esset apud Thaidem, iussit Parmenonem ut Eu-
nuchum quendam et ethiopissam emptas dono Thaidi deduceret
discedente Phedria ex civitate ad villam pertinens ut sic amatore
Thaidis abliniscent. Traso iubet Gnatoni ut Pamphilam citharistriam
ad Thaidem deducat. et illam ipsam Thaidem ad cenam adduchat.
dum vero virgo hec deducetur ad Thaidem Therea qui deputatus
erat ad custodiam cuiusdam loci iuxta portam civitatis Atheniensis. quam
precius dicta Pamphilam vidit in eam exarsit: quam dum insequeretur
demoratus fuit per quendam senem cognitum suum nomine Archime-
nidem. qui dum more senili eum diutius verbis detinuisset virginem
quo abiret perdidit. dumque quasi demens illam requireret. et Parmeno
illum solicitum vidisset. cognita causa eius solicitudinis consi-
lium dedit eidem ut accepta veste Dori Eunuchi ad Thaidem de-
duceretur pro Eunucho et sic amore suo potiretur. quod et factum est. sic
quod vicium virginum intulit Thaidem apud Thrasonem demorate

Cum vero Cherea frater Pamphile adductus esset ad Thaidem per Doriam ancillam Thaidis, Traso ratus est sibi metum eum rivalem adductum; et eo maxime suspicari cepit super Chremete quia Thais sibi secreto loquebatur de facto Pamphile sororis eius. Traso vero istius rei impaciens exarsit contra Thaidem in tantum quod Thais dedit quo habunde abeo discessit rogans ipso Chremete ut ad domum eius reverteret, quoniam nondum potuerat ei negocium sororis declarare. Dum ista fiunt Cherea clam domum Thaidis egrediens et comperto Antiphone socio eiusdem rei secretum de stuprata virgine denudiat. Interim ancille ad visendam virginem accedunt; que dum repperissent lacrimantem et confusam plane cognoverunt a falso Eunucho violatam. Dorias vero a Thaide domum reversa una cum Pithia pro Eunucho inquirendo sollicita efficitur, fit eis obviam Phedria cui de Eunucho conquestae; ante habuit Phedria se purgando coram illis et domum percurrens invento Doro Eunucho cum veste Cheree ab illo statim veritas, et Doro prodente cognoscitur Cherea a Parmenone pro Eunucho deductum ad Thaidem. Dum vero Thais domum peteret cum Chremete Traso dolens se ab ea delusum ad domum Thaidis expugnandam et virginem vi eripiendam accessit cum eius familia Gnathone scilicet Sanga, Syrisco, Pygmalione et ceteris quibus viriliter resistit Thais et Chremes frater Pamphile. Dum vero consilio Gnathonis inde abscessisset Traso, Thais relicta a Chremete qui ad Sophronam accesserat ut per eam probaret Pamphilam sororem sibi, informata per Pithiam virginem fore viciatam tristis Thais efficitur et irata. Ille interim Cherea iam inveniens locum abilem pro veste mutanda domum Thaidis repetebat et verbis Thaidis certior factus Pamphilam civem fore atticam illam rogat ut uxorem ducat; assentit Thais, immo ipsum ad illud faciendum induxit. At vero ingressus domum Thaidis Chremete adducente secum Sophronam Pithias per Chremete introducendo foris remanserat quo introducto quia Parmenonem dictis per fallaciam rependere studebat in tempore illo ipsum adveniente vidit quem miris modis delusit dicens falsum Eunuchum videlicet Cheream deprehensum et colligatum a Chremete pro eo quod sororem suam viciaverat ut illum pro Eunucho haberet; dum vero Parmeno adipiscens minans intrare vellet, removet ab verbis Pithie allegans quod nichil ei fieret et periculum incurreret pro eo quod falsum Eunuchum ad Thaidem introduxerat quo factum fuit ut Parmeno videns Laichetem patrem Cheree a villa sua redeuntem et dicit Cheream filium suum colligatum in domo Thaidis ut Eunuchi penam subiret, quibus auditis statim in domum Thaidis ingressus pro filio defendendo; effectum est ut cognita veritate super filio de Pamphila viciata et quod civis erat attica illam ipsam filio copularet quod dum audiret Traso amoris impaciens accedebat ad Thaidem ut se ipsum sibi subderet pro amore; fitque obviam Phedrie simul et Cheree letabundis, altero scilicet Phedria de Thaide, et altero de Pamphila uxore suscepta. Dum quod Phedria Trasonem insultaret ne ad Thaidem accederet; tandem verbis Gnathonis pro vicissim recepit de ludendo. Sicque comedia dum omnia pace componuntur debito fine clauditur. Explicit Eunuchus in textu

lucio · terencio fuit

Acta est · manifestata est: dum egerunt festum deorum ludi apud Megalam grecie civitatem

[A]cta ludis Megalensibus · L · Postumio albino
(lucio et isto terencio · presidentibus ut edilibus habentibus curam · administrarent ipsos ludos)

· L · cornelio Merula · edilibus curulibus · egere · Ambi-
(luctus · scilicet fabula · apud grecos)

uius turpio · L · Attilius · edilius · prenestinus · Greca Menandri · prima et · (scilicet est fabula apud latinos)

Acta secunda modulavit · flaccus · Claudi tibiis dua-
(claudii)

bus dextris · Marcio Valerio · Gayo · Nunnio · Fannio · al · C · Mutio · Fannio consulibus ·

Argumentum ·
(breuis narratio rei)

Meretrix (thais) adolescentem (phedriam) cuius mutuo amore tene- (capta erat)

batur exclusit ei quod reuocato exclusionis causas reddit.
eius frater minor natu virginem quam miles meretrici dono
miserat amare cepit adductus quod ad domum meretricis
pro Eunucho viciat re itaque cognita cum illusa sit mere-
trix doleret ab eodem adolescente placatur inuentu quod fratris eius cognita ciuem athenensem duxit
uxorem miles quod in parte meretrici amoris receptus illuditur.

Aliud Argumentum.

Sororem falso credita Thaidis idipsum ignorans
miles aduexit thraso ipsique donat erat hec ciuis at-
tica. Eidem eunuchum quem emerat tradi iubet Tha-
idis amator phedria trasoni oratus biduum concede.
Ephebus frater phedrie puellam cum repperiret dono mis-
sam Thaidi ornatum eunuchi induit introit vi-
tiant virginem suadet parmeno. Sed atticus ciuis inprimis
repertus frater collocat viciatam ephebo;

Incipit prologus In Eunuchum

Si quisquam est qui placere se studeat bonis quam plu-
rimis et minime multos ledere in his poeta hic nomen pro-
fitetur suum. tum si quis est qui dictum in se inclemencius
existimavit esse: sic existimet: sciat: responsum non
dictum esse: quale sit prius qui bene vertendo: et eas
describendo male ex bonis grecis latinas fecit non bonas
idem menandri fasma nunc nuper dedit atque a thauris
scripsit causam dicere prius unde petitur aurum quare sit
suum quam illi qui petit unde is sit thaurus sibi aut

Prologus in librum Eunuchi

vnde in patrium monumentum peruenerit dehinc ne fraudet
ipse se aut sic cogitet defunctus sum iam nichil est qd' di
cat mi. is ne erret moneo et desinat lacesse. habeo alia
multa que nunc condonabitur que proferent' p9 si perget
lede ita ut face instituit qm nunc acturi sumus mena
dri eunuchum postquam ediles emerunt perfecit sibi et inspi
ciundi esse copia magistratus cum ibi adesset. occepta e
agi. exclamat furem non poetam fabulam dedisse et nich
il dedisse verborum tamen. colace esse neuii et plauti vete
rem fabulam. parasiti personam inde ablata et milite
si id est peccatum imprudentie est poete non qui furtum fa
ce studuerit. id ita esse vos iam iudicare poteritis. colax
menandri est. in ea est parasitus colax et miles gloriosus
et eas se non negat personas transtulisse in eunuch
um suam ex greca. sed eas fabulas factas prius la
tinas scisse sese vero pernegat. qd' si personis isdem
uti aliis non licet. qui mage licet dis currentes ser
uos scribe. bonas matronas face. meretrices malas.
parasitum edacem. gloriosum militem. puerum suppom.
falli per seruum senem. amare. odisse. suspicari. de
nique nullum est iam dictum. quod non dictum sit prius.
quare equum est vos cognoscere atque ignoscere que veteres
factitarunt si faciunt noui. date operam et cum silencio

animaduertite ut pernoscatis quid sibi Eunuchus
velit · Incipit · Eunuchus feliciter · Phedria :
adolescens · Parmeno · Servus

Quid igitur faciam · non eam · ne nunc quidem
cum accersor ultro · an potius ita me com
parem non perpeti meretricum contumelias ·
exclusit · revocat · redeam · non si me obsecret · Par · Si qui
dem hercle possis · nichil prius · neque fortius · verum si inci
pies neque perficies naviter · atque ubi pati non poteris
cum nemo expetet · infecta pace ultro ad eam venies · in
dicans te amare · et non ferre non posse · actum est · ilicet
peristi · eludet · ubi te victum senserit · Phe · proin tu
dum est tempus · etiam atque etiam cogita · Par · Ere · que res
in sese neque consilium neque modum habet ullum · eam consilio
regere non potes · in amore hec omnia insunt vitia · iniu
rie · suspitiones · inimicitie · inducie · bellum · pax rur
sum incerta · hec si tu postules ratione certa facere · nichilo plus agas
quam si des operam ut cum ratione insanias · et
quod nunc tute tecum iratus cogitas · ego ne illam · que il
lum · que me · que non · sine modo · mori me malim · sen
ciet qui vir siem · hec verba una mehercle falsa lacri
mula · quam oculos terendo misere vix vi expresserit re
stringuet · et te ultro accusabis · et dabis ei ultro sup
plicium · Phed · o indignum facinus · nunc ego et illam

scleratam esse et me miseram sentio. et tedet et amore ar-
deo. et prudens sciens vivus vidensque pereo. nec quid agam
scio. par. quid agas. nisi ut te redimas captum quam que-
as minimo. si nequeas paululo at quanti queas. et ne te
adflictes. phe. ita ne suades. par. si sapis neque preter e-
as quas ipse amor molestias habet addas et illas quas
habet recte feras. sed ecca ipsa egreditur nostri fundi calami-
tas nam quod nos capere oportet hec intercipit. Thais me-
retrix. Meno servus. Phedria adolescens. Parmeno servus

Miseram me. vereor ne illud gravius phedria tu-
lerit. neve aliorsum atque ego feci acceperit quod he-
ri intromissus non est. phe. totus parmeno tremo. ho-
reoque postquam aspexi hanc. par. bono animo es. acce-
de ad ignem hunc. iam calesces plus satis. thais. quis
hic loquitur. ehem tun hic eras. mi phedria quid
hic stabas. cur non recta introibas. par. ceterum de ex-
clusione verbum nullum. tha. quid taces. phe. sane vero
quia hec mihi semper patent fores aut quia sum apud te
primus. tha. missa istec face. phe. quid missa. o thais
thais utinam esset mihi pars equa amoris tecum ac pariter
fieret ut aut hoc tibi doleret itidem ut mihi dolet aut ego
istuc abs te factum nihili penderem. tha. ne crucia te
obsecro anime mi phedria. non pol quod quemquam plus amem

aut plus diligam. eo feci. sed ita erat res faciundum fuit

Par. credo ut fit misera prae amore exclusti hunc foras

Thai. siccine ais parmeno. age sed huc qua gratia te

accersi iussi ausculta. Par. fiat. Thai. dic mihi hoc primum

potin est hic tacere. Par. egone. optume. verum heus

tu hac lege tibi meam astringo fidem. que vera audivi ta-

ceo et contineo optume. sin falsum aut vanum aut fictum

est continuo palam est. plenus rimarum sum hac atque illac

perfluo. proin tu tacere si vis vera dicito. Tha. Samia

mihi mater fuit ea habitabat Rhodi. Par. potest hoc taceri.

Thai. tum ibi matri parvulam puellam dono quidam

mercator dedit ex attica hinc abreptam. Phed. civem-

ne. Tha. arbitror. certum non scimus. matris nomen et pa-

tris dicebat ipsa. patriam et signa cetera neque sciebat

neque per etatem etiam potuerat. mercator hoc addebat e pre-

donibus unde emerat se audisse abreptam Sunio;

mater ubi accepit cepit omnia studiose docere educare.

ita ut si esset filiam. sororem plerique esse meam credebat.

ego cum illo cum quo tum uno rem habebam hospite abii

huc qui mihi reliquit que habeo omnia. Par. utrumque

hoc falsum est. effluet. Thais. qui istuc. Par. rogas.

quia neque tu uno eras contenta neque solus dedit.

nam hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit.

Tha ita est sed sine me peruenire quo volo interea mi
les qui me amare occeperat in cariam est profectus inte
rea loci te cognoui tute scis post illa quam intimum habea
te et mea consilia ut tibi credam omnia phe nec hoc
quidem tacebit parmeno par oh dubium ne id est tha
hoc agite amabo mater mea illic mortua est nuper
eius frater aliquantum ad rem est auidior is ubi hanc for
ma videt honesta virginem et fidibus scire pretium spe
rans ilico producit ac vendit fortuna forte affuit
hic meus amicus emit eam dono mihi imprudens
harum rerum ignarus quam omnium is venit postquam sensit
me tecum quoque rem habere fingit causas ne det sedulo
ait si fidem habeat se iri prepositum tibi apud me ac non
id metuat ne ubi acceperim sese relinquam velle se illam
michi dare verum id vereri sed ego quantum suspicor
ad virginem animum adiecit phe etiamne amplius thais
nichil nam quesiui nunc ego eam mi phedria mul
te sunt cause quam obrem cupiam abducere primum quod soror
est dicta preterea ut suis restituam ac reddam sola sum
habeo hic neminem neque amicum neque cognatum quam
obrem phedria cupio aliquos parare amicos bene
ficio meo id amabo adiuta me quo fiat facilius
sine illum priores partes hosce aliquot dies apud —

me habe. nihil respondes? Phe. pessima es. Egon quid?
quom tu istis factis tibi respondeam. Par. Eum ut laudo. tandem perdoluit. vir es. Phe. At ego nesciebam quorsum
tu ires. parvola hinc est abrepta. eduxit mater pro
sua. soror dicta est. cupio abducere ut reddam suis.
nempe omnia verba haec. nec fuit verum. deinde ex-
clusor ille recipitur qua gratia. nisi illum amas plus quam
me. et istam nunc times que advecta est ne illum talem
preripiat tibi. Thais Ego ne id timeo? Phe. quid te ergo aliud
sollicitat cedo. num solus ille dona dat. num ubi me-
am benignitatem sensisti in te claudier. nonne ubi mihi
dixti cupere te ex Ethiopia ancillulam relictis rebus om-
nibus quesivi. porro eunuchum dixti velle te quia so-
le utuntur his regine. repperi. heri minas viginti
pro ambobus dedi. tamen contemptus abs te haec habui in
memoria. ob haec facta abs te spernor. Thais Quid is-
tuc Phedria. quamquam illam cupio abducere atque hac re
arbitror id fieri posse maxime. verumtamen potius
quam te inimicum habeam faciam ut iusseris. Phe. Uti-
nam istuc verbum ex animo ac vere diceres. potius quam te
inimicum habeam. si istuc crederem sincere dici quid-
vis possem perpeti. Par. labascit victus uno verbo quam
cito. Thais Egone ex animo misera dico? quam ioco rem vo-

lusisti a me. tandem qm perfeceris ego impetrare nequeo
abs te biduum saltem ut concedas solum PHE. siquidem bidu-
um verum ne fiant isti viginti dies THA. profecto non plus
biduum aut PHE. aut nihil moror THAIS non fiet. hoc modo
sine te exorem PHE. scilicet faciundum est quod vis THA. meri-
to te amo PHE. bene facis. rus eo. ibi hoc macerabo bi-
duum me ita facere certum est mos gerundus est Thaidi. tu
Parmeno huc fac illi deducantur PAR. maxime PHE. in
hoc biduum Thais vale THA. mi Phedria et tu numquid
vis aliud PHE. egone quid velim? cum milite isto presens
absens ut sies. dies noctesque me ames me desideres me
somnies me expectes de me cogites me speres me te
oblectes mecum tota sis meus fac sis postremo animus quando e-
go sum tuus THA. me miseram forsitan hic mihi parvam
habeat fidem atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.
ego pol que mihi sum conscia hoc certo scio neque me finxisse
falsi quicquam neque meo cordi esse quemquam cariorem
hoc Phedria. et quicquid huius feci causa virginis feci. nam
me eius spero fratrem propemodum iam repperisse adolescentem
adeo nobilem. et is hodie venturum se ad me constituit do-
mum. concedam hinc intro atque expectabo dum venit.

Phedria adolescens. Parmeno servus.

Fac ita ut iussi deducantur isti PAR. faciam PHE.

at diligent' par fiet phe· at mature par· fiet phe·
satin hoc mandatu est ti par ah rogitare qi difficile
sit· utina ta aliquid invenire facile possis phedria q
hoc peribit phe· ego quoque una pereo qd michi est ca-
rius· ne istuc ta iniquo patiare animo par· mini-
me· qn effectu dabo· sed nunquid aliud imperas phe-
munus nrm ornato verbis qd poteris et illu emulu
qd poteris ab ea pellito par· au memini tametsi nul-
lus moneas phe ego rus ibo atque ibi manebo par
censeo phe sed heus tu par quid vis phe· censen
posse me obfirmare et perpeti ne redeam interea·
par ten? non hercle arbitror na aut ia reverte aut
mox noctu te adigent orsum in somnia phe· opus
faciam ut defatiger usque ingratus ut dormiam par
vigilabis lassus· hoc plus facies phe ath nichil
dicis parmeno· eiciunda hercle hec est mollities
animi michi indulgeo nimis· tande ut ego illa
caream· si sit opus vel totu triduu par hui· univ-
su triduu? vide quid agas? phe stat sententia·
par dy boni quid hoc morbi est· adeon homines
immutarier ex amore ut no cognoscas eundem esse hoc
nemo fuit minus ineptus· nec magis severus
quisquam· nec magis continens· sed quis hic est qui

huc pergit. atat hic quidem est parasitus Gnato militis.
secum ducit una virginem dono huic. papae facie honesta.
mirum ni ego turpiter hodie hic dabo cum meo de
crepito hoc eunucho. haec superat Thaidem ipsam.

Gnato parasitus. Parmeno servus.

2us actus

Gna. Dii immortales homini homo quid praestat. stulto intelliges
quid interest. hoc adeo ex hac re venit in mentem
mihi. conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc
atque ordinis hominem haud impurum itidem patria
qui abligurierat bona. video sentum squalidum aegrum pannis
annisque obsitum. quid istuc inquam ornati est. quoniam miser
quod habui perdidi. hem quo redactus sum. omnes noti me
atque amici deserunt. hic ego illum contempsi prae me. quid
homo inquam ignavissime. itan parasti te ut spes nulla
reliqua in te sit tibi. simul consilium cum re amisisti. vi
den me ex eodem ortum loco. qui color nitor vestitus que
habitudo est corporis. omnia habui neque quicquam habeo nihil
cum est nihil defit tamen. at ego infelix neque ridicu
lus esse neque plagas pati possum. quid tu his rebus cre
das fieri tota erras via. olim isti fuit generi quondam
quaestus apud seclum prius. hoc novum aucupium ego adeo
hanc primus inveni viam. est genus hominum qui esse pri
mos se omnium rerum volunt nec sunt. hos consector hisce

ego non paro me ut rideant sed his ultro arrideo et
eorum ingenia admiror simul quicquid dicunt laudo id rur-
sum si negant laudo id quoque negat quis nego aiunt
aio postremo imperavi egomet mihi omnia assentari
his questus nunc est multo uberrimus Par scitum her-
cle hominem hic homines prorsus ex stultis insanos
facit Gna dum hec loquimur interea loci ad macellum
ubi advenimus concurrunt leti mi obviam cupedinarii
omnes cetarii lanii coqui fartores piscatores aucupes
quibus et re salva et perdita profueram et prosum sepe
salutant ad cenam vocant adventum gratulantur ille ubi mi-
ser famelicus videt me esse in tanto honore et tam faci-
le victum querere ibi homo cepit me obsecrare ut sibi liceret
discere id de me sectari iussi si potis est tamquam philoso-
phorum habent disciplinae ex ipsis vocabula parasiti
itidem ut gnathonici vocentur Par viden otium et cibus
quid faciat alienus Gna sed ego cesso ad thaidem hanc
deducere et rogare ad cenam ut veniat sed parmenonem
ante ostium thaidis tristem video rivalis servum phedrie
salva res est nimirum hic homines frigent nebulonem
hunc certum est ludere Par hicine hoc munere arbitrantur
suam thaidem esse Gna plurima salute parmeno-
nem summum suum impertit gnatho quid agitur Par statur

Eunuchus

Gna · video · numquid uis hic quod nolis vides Par te.

Gna credo at numquam aliud Par quid dum Gna quia tristis

es Par nichil equidem · Gna ne sis sed quid videtur

hoc tibi mancipium Par non malum hercle Gna uro hominem

Par ut falsus animo est Gna quam hoc munus gratum

Thaidi arbitrare esse · Par pro hoc nunc dicis eiectos hinc

nos omnium rerum heus vicissitudo est Gna sex ego te totos

parmeno hos menses quietum reddam ne rursum deorsum

cursites neue usque ad lucem vigiles et quid beo te Par

men · pape Gna sic soleo amicos Par laudo Gna deti-

neo te fortasse tu profectus alio fueras Par nusquam ·

Gna tum tu igitur paululum da michi opere · fac ut ad-

mittar ad illam · Par age modo nunc tibi patent fores

he quia istam ducis Gna numquem euocari hinc uis foras

Par sine biduum hoc pretereat qui michi nunc uno digitulo

fores aperis fortunatus ne tu istas faxo calcibus sepe

insultabis frustra Gna etiam tu nunc hic stas parme-

no · eho numnam hic relictus custos ne quis forte int-

nuncius clam a milite ad istam cursitet Par facete

dictum · mira vero militi que placeant sed video he-

rilem filium minorem huc aduenire · miror quid ex pireo

abierit · nam ibi custos publice est nunc · non temere

est · et properans venit · nescio quid circumspectat ·

Cherea Adolescens. Parmeno servus

Prosequitur Cherea puellam quam non videt illa ... ita loquitur ... neque virgo est usquam

Che. Occidi. neque virgo est usquam. neque ego qui illam
a conspectu meo amisi. ubi queram. ubi investigem.
quem perconter. qua insistam viam incertus sum. una hec
spes ubiubi est diu celari non potest. o faciem pulchram. de-
leo omnes dehinc ex animo mulieres. tedet me cottidia-
narum harum formarum. Par. ecce autem alterum nescio quid de
amore loquitur. o fortunatum senem. si pre amore huius rabi-
es que dabit. Che. ut illum dii deeque omnes senem perdant
qui me hodie remoratus est. meque adeo qui restiterim.
tum autem qui illum non flocci fecerim. sed eccum Parmeno-
nem. salve. Par. quid tu es tristis? quidve es alacris?
unde is? Che. ego nescio hercle neque unde eam. neque
quorsum eam. ita prorsus sum oblitus mei. Par. qui
queso? Che. amo. Par. hem. Che. nunc Parmeno te
ostendes qui vir sies. scis te mihi sepe pollicitum es-
se o Cherea aliquid inveni modo quod ames. utilitatem
in ea re ego faciam ut cognoscas meam. cum in cellulam
ad te patris penum omnem congerebam clanculum. Par. age
inepte. Che. hoc hercle factum est. fac sis nunc pro-
missa appareant tua. Par. si adeo digna res est ubi
tu nervos intendas tuos. Che. haud similis virgo est
virginum nostrarum quas matres student demissis humeris

Hic vero est qui si occeperit amare ludum iocumque dices fuisse illum alterum pre amore.

Ordo ... cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum ... o Cherea inveni aliquid quod modo ames ut ego faciam ut cognoscas meam utilitatem

esse vincto pectore ut graciles sient. si qua est habitior
paulo pugilem esse aiunt deducunt cibum tametsi bona
est natura reddunt curatura iunceas itaque ergo amantur
Par quid tua istec Che nova figura oris Par pape
Che color verus corpus solidum et suci plenum Par anni
Che anni sedecim Par flos ipse Che hanc tu michi vel
vi vel clam vel precario fac tradas mea nichil refert
dum potiar modo Par quid virgo cuia est Che nescio
hercle Par unde est Che tantundem Par ubi habitat Che
ne id quidem Par ubi vidisti Che in via Par qua ratione
amisisti Che id equidem adveniens mecum stomachabar
modo nec quemquam hominem esse arbitror cui magis bone
felicitates omnes adverse sient Par quid est hoc sce-
leris Che perii Par quid factum est Che rogas patris
cognatum atque equalem archimenidem nostin Par quid
ni Che is dum hanc sequor fit mi obviam Par incommode
hercle Che immo enimvero infeliciter nam incommoda alia
sunt dicenda Parmeno illum liquet mi deierare his
mensibus sex vel septem prorsus non vidisse proximis
nisi nunc cum minime vellem minimeque opus fuit. eho
nonne hoc monstri simile est quid ais Par maxime
Che continuo accurrit ad me quam longe quidem incur-
vus tremulus labiis demissis gemens heus heus

Ista vero infelicitas que evenit non in commodum malum. non alia sunt dicenda incommoda. ista vero infelicitas est.

ti dico cherea mg't · estiti · scin quid ego te voleba · dic
tras est in iudicium · quid tu ut diligent' mities patri
advocatus hanc in esse ut meminerit · dum het dixit ·
abijt hora · rogo numquid velit · certe inquit habeo · tu
hunc respitio ad virginem · illa sese interea comodum hunc
adverterat in hanc nrani platea · par mirum in hanc
dic mo hunc que data est dono · the hunc tu advenio
nulla erat · par comites secuti scilicet sunt virgine · the
verum parasitus cum ancilla · par ipsa est · scilicet desi
ne iam conclamatum est · the alias res agis · par istuc
ago equidem · scio quo abducta sit · the eho parmeno
mi nostin · par novi · the nostin quid sit · dic mihi
aut vidistin · par vidi et novi scio quo abducta sit
the eho parmeno nostin · par novi · the et scis u-
bi siet · par hunc deducta ad meretricem thaidem · et ei do-
no data est · the quis is est tam potens tu tanto mu-
nere hoc · par miles thraso phedrie rivalis · the du-
ras partes fratris predicas · par immo enim si scias · quod
donum huic dono contra comparet · tu magis id dicas ·
the quodnam quesso hercle · par eunuchum · the illum
ne obsecro inhonestum hominem que mercatus est heri
senem mulierem · par istunc ipsum · the homo quatiet
certe cum dono foras · si istam thaidem nescivi nos vi-

cima. Par. haud diu est. Che. perii. nunquamne etiam me vidis-
se illa? ehodum dic mihi, estne ut fertur forma? Par. sane
est. Che. at nichil ad meam hanc. Par. alia res est. Che.
obsecro hercle Parmeno fac ut potiar. Par. faciam sedulo
ac dabo operam adiuvabo. numquid vis me aliud? Che.
quid nunc is domum? Par. ut mancipia hec ita ut iussit
frater deducam ad Thaidem. Che. o fortunatum istum Eu-
nuchum qui quidem in hanc datur domum. Par. quid ita?
Che. rogitas? summa forma semper conservam domi vide-
bit, colloquetur, aderit una in unis edibus, cibum nonnunquam
capiet cum ea, interdum propter dormiet. Par. quid si nunc tu-
te fortunatus fias? Che. Parmeno quid? responde. Par.
capias tu illius vestem. Che. vestem? quid tum postea?
Par. pro illo te deducam. Che. audio. Par. te illum esse di-
cam. Che. intellego. Par. tu illis fruare commodis quibus tu
illum dicebas modo: cibum una capias, assis, tangas,
ludas, propter dormias; quandoquidem illarum neque te quisquam no-
vit neque scit qui sies. preterea forma, etas ipsa est faci-
le ut pro eunucho probes. Che. dixisti pulchre. numquid
vidi melius consilium dari? age et eamus intro, iam nunc
orna me, abduc quantum potes. Par. quid agis? iocabar
equidem. Che. garris. Par. perii. quid ego egi miser? quo t[r]u-
dis? perculeris iam tu me. tibi equidem dico mane. Che.

eamque Par pergin. Che certum est Par vide ne ni-
mium calidum hoc sit modo Che non est profecto sine
Par at enim istec in me cudetur faba ah flagitium fa-
cimus Che an id flagitium est si in domum meretriciam
deducar et illis crucibus que nos nostramque adolescentiam
habent despicatam et que nos cruciant omnibus modis
nunc referam gratiam atque eas itidem fallam ut ab his fal-
limur an potius hec pati equum est hec fieri ut a
me ludantur dolis quod qui rescierint culpent.
et illud scitum merito omnes putent Par quid istuc
si certum est facere facias verum ne post conferas culpam in
me Che non faciam Par iubes me Che iubes immo co-
go atque impero Par numquam defugiam auctoritatem sequere.
Che dii vortant bene Traso miles: Gnato parasitus

·Tras· Magnas vero agere gratias Thais michi Gna ingentes
Tra ain tu leta est Gna non tam ipso qui-
dem dono quam abs te datum esse id vero serio trium-
phat Tra hoc pronisus ut ubi tempus fiet deducam
sed ecce militem Gna est istuc datum profecto ut grata
michi sint que facio omnia Tra adiuti hercle animum
Gna vel rex semper maximas agebat quicquid fe-
cerat aliis non idem Tra labore alieno magnam partam
gloriam verbis sepe in se transmovet qui habet salem quod

Tertius Actus.
Gnatone parasito dicente ad Trasonem cepit gratulari eidem quales placuissent puella Thaidi quam ei misisset)

in te est. Tra. habes. Gna. rex te ergo in oculis. Tra. scilicet

Gna. gestare. Tra. veru credo omes exercitum consilia. Gna.

mirum. Tra. tu siCubi eum satias hominu aut negotii si quando

odium ceperat. requiescere ubi volebat. quasi nostin (in me solum vo-

cabat.) Gna. scio quasi ubi illam expueret miseriam ex animo

Tra. tenes. tum me convivam abducebat sibi. Gna. hui. regem

elegantem narras. Tra. immo sic homo est per paucorum hominum

Gna. immo nullorum arbitror si tecum vivit. Tra. invidere omnes

mihi. mordere clanculum ego flocci pendere. illi invidere misere.

verum unus tamen impense elephantis quem indicis prefecerat.

is ubi magis molestus mihi est quesso inquam strato eo ne

es ferox. quia imperium habes in beluas. Gna. pulchre mehercle

hercle dictum et sapienter pape iugularas hominem. quid ille

Tra. mutus illico. Gna. quid ni. et iam Par. dii vostram

fidem hominem perditum miserumque et illum sacrilegum. Tras.

quid ad illud gnatho quo pacto rhodium tetigerim in convivio.

nunquam tibi dixi. Gna. nunquam sed narra obsecro plus miliens iam au-

divi. Tra. una in convivio erat hic quem dico rhodius adoles-

centulus: forte habui scortum. cepit ad id ludere et me irridere.

quid agis homo inquam impudens lepus tute es et pulpa-

mentum queris. Gna. hahahe. Tra. quid est. Gna. facete lepide

laute. nichil supra. tuum ne obsecro hoc dictum erat. vetus

credidi. Tra. audieras. Gna. sepe et fertur in primis. Tra.

+ Quendam puerum qui in convivio cum mea scorto ludebat;

T Cum habes mollitiem leporis carnis et aptus sis huic epi: leviter aptus sis fornicationi cum scorto quemadmodum facere aptus sis huic epi ut scortum.

Tra· meu est· dolet dctu imprudenti adolescenti et libero Gna

ac te dy perdant Tra quid ille gsō Gna perditus ē risu oes

qui aderant emoriri· denique metuebat oms iā me Tra nō in

iuria Gna dico sed heus tu purgon ego me de istac thaide·

qd ea me amare suspicata est Tra nichil minus ymo auge

mage suspicatōz Gna cur· Tra rogas· Gna scin si qn

illa mentione phedrie facit· aut si laudat· vt te male vrat

Tra· sentio Gna id ut ne fiat hec res sola ē remedio· vbi

noīat phedriam· tu pamphilam continuo· si qn illa phedriam

dicet intromittamus comessatum· pamphilam cantatum provocemus·

si laudat hec illius formam· tu huius contra denique· par pari re

ferto· qd eam eque mordeat Tra siquidem me amaret· tu is

tuc prodesset gnato Gna qn illud qd tu das expectat atque

amat· iamdudum te amat· iamdudum illi facile fit qd doleat·

metuet semper quem ipsa nunc capit fructum nequando tu iratus alio

conferas Tra bene dixisti· at m istuc nō in mente venē

rat Gna ridiculum· nō enim cogitaras· ceterum idem hoc tute

melius quanto invenisses thraso Thais meretrix· Trasomiles

Parmeno servus· Gnato parasitus· Pithias ancilla

Tha. Audire visa sum modo vocem militis atque eccum· sal

ue mi thraso Tra o thais mea· meum suavium·

qd agitur· ecquid amas de fidicina· hac Par qz venuste

qd dedit principium adveniens plurimum merito tuo Gna

eamus ergo ad cenam quid stas Par hem alterum ex homine
hunc natum dicas Tha ubi uis non moror Par adibo
assimulabo quasi nunc exeam ituran thais quopiam es Tha
hem parmeno bene pol fecisti hodie itura Par quo Tha quid
hunc non vides Par video et me tedet ubi uis dona tibi adsunt
a phedria Tra quid stamus cur non imus hinc Par quaeso
hercle ut liceat pace quod fiat tua dare huic que volumus
convenire et colloqui Tra pulchra dona credo haud nostris
similia Par res indicabit heus istos iubete foras exire
quos iussi ocius procede tu huc ex ethiopia est usque hec
Tra hic sunt tres mine Gna vix Par ubi tu es dore
accede huc hem eunuchum tibi quam liberali facie quam etate in
tegra Tha ita me dii ament honestus est Par quid tu
ais gnato num quid habes quod contempnas quid autem traso ta
cent satis laudant fac periclum in litteris fac in palestra
in musicis que liberum scire equum est adolescentem sollertem
dabo Tha ego illum eunuchum si opus siet vel sobrius Par
atque hec qui misit non sibi soli postulat te vivere et sua causa
excludi ceteros neque pugnas narrat neque cicatrices suas
ostentat neque obstat quod quidam facit verum ubi molestum
non erit ubi tu voles ubi tibi tempus erit sat habet si tum
recipitur Tra apparet servum hunc esse domini pauperis miserique
Gna nam hercle nemo posset sat scio qui habet qui pararet

alium huinc competi. Par. tace tu quem ego esse infra infimos
omnes puto homines. nam qui assentari huic animum induxeris
e flama petere te cibum posse arbitror. Tra. iam me[u]m vnus Tha[is]
hos prius introducam et que volo simul imperabo. propterea
continuo exeo. Tra. ego hinc abeo. tu istanc opperire. Par.
non conuenit vna ire cum amica imperatorem in via. Tra. quid
tibi ego multa dicam. domini similis es. Gna. hahahe. Tra. quid
rides. Gna. istuc quod dixti modo. et illud de Rodio dictum
in mentem venit. sed thais exit. Tra. abi pre. cura vt sint
domi parata. Gna. fiat. Tha. diligenter pithias fac vt
cures si forte huc chremes aduenerit vt ores primum vt
maneat. si id non commodum est vt redeat. si id non poterit ad
me deducito. Pith. ita faciam. Tha. quicquid aliud volui
dicere. ehem curate istam diligenter virginem domi vt ad
sitis facite. Tra. eamus. thais vos me sequimini.

Chremes adolescens. Pithias ancilla.

Cre. Profecto quanto magis magisque cogito nimirum dabit
hec thais michi magnum malum. ita me ab ea as-
tute video labefactarier iam tum cum primum iussit me ad
sese adesse accersirier. domum roget quis. quid tibi cum ea. ne
noram quidem. vbi veni. causam vt ibi manerem repperit. ait
rem diuinam fecisse se et rem seriam velle agere mecum. iam
tum erat suspitio dolo malo hec fieri omnia. ipsa accumbere

meum in dare esse sermonem querere ubi friget huc evasit quam pridem
pater mi et mater mortui essent dico iam diu rus sunii et quod ha-
beam et quam longe a mari credo ei placere hoc sperat se posse
a me avellere postremo et qua inde parva perisset soror
et quis cum ea una quid habuisset cum periit et quis eam posset
cognoscere hec cur quereret nisi illa forte que olim periit puella
soror hanc se intendit esse ut est audacia verum ea si vivit
annos nata est sedecim non maior thais quam ego sum
maiuscula est misit porro orare ut venirem serio aut dicat quod
volt aut molesta ne siet non hercle veniam tertio heus heus
Pyth et quis est Cre ego sum chremes Pyth o capitulum
lepidissimum Cre dico ego insidias mi fieri Pyth thais
maximo te orabat opere ut cras redires Cre rus eo Pyth
fac amabo Cre non possum inquam Pyth at tu apud nos hic
mane dum redeat ipsa Cre nichil minus Pyth cur mi chre-
mes Cre malam in rem hinc abis Pyth si istud ita certum
est tibi amabo ut illuc transeas ubi illa est Cre eo Pyth
abi dorias cito hunc deduc ad militem

Antipho. adolescens

.Anti.

Heri aliquot adolescentuli coimus in pireo in hunc
diem ut de simbolis essemus chaream ei rei prefecimus dati
anuli locus tempus constitutum est preterit tempus quo in loco
dictum est parati nichil est homo ipse nusquam est neque scio

Pyreus locus vel apud quem adolescentuli conveniunt ut de simbolis essent id est de collatione et honore. Nam quando [illegible] erat illo tempore uno in loco ut essent simul ac facerent unum qui curam habet de simbolis id est de cibis quos una comedebant in statuto loco cui rei prefecerunt alii Cheream fratrem Phedrie et Antiphonem [illegible] de ciborum collatione. Et dum Cherea hec pararet vidit puellam quam Thraso miles mittebat Thaydi [illegible] tunc amore ductus hec [illegible] in servitus est illa [illegible] die [illegible] Cherea qui cum venit [illegible] sodalibus nomine Antiphone [illegible] querit ubi fuisset Cherea [illegible] ista loquebatur. Videlicet heri aliquot adolescentuli etc.

quid dicam aut quid comminiscar· nec mihi hoc negotii ceteri dedere
ut illum queram ibo ad eum visam si domi est· sed quisnam hinc
a thaide exit· is est an non est· ipsus est· quid hoc hominis
est quid hoc ornatus est· quid illud mali est· nequeo satis
mirari neque conicere nisi quicquid est procul hinc lubet prius
quid sit sciscitari **Antipho adolescens· Cherea adolescens·**

Cher· Numquis hic est· nemo est· numquis hinc me sequitur·
nemo homo est iamne erumpere hoc licet michi gaudium·
pro iuppiter nunc est profecto interfici cum perpeti me possum·
ne hoc gaudium contaminet vita egritudine aliqua· sed neminemne
hic curiosum intervenire nunc mihi qui me sequatur quoquo eam
rogitando obtundat enecet quid gestiam aut quid letus
sim· quo pergam unde emergam ubi siem vestitum hunc
nactus· quid mihi queram sanus sim an ne insaniam **Anti·**
adibo atque ab eo gratiam hanc quam video velle inibo o cherea quid
est quod sic gestis· aut quid sibi hic vestitus querit· quid est quod
letus sis· quid tibi vis· satis ne sanus es· quid me aspectas·
quid taces· **Che·** festus dies hominis· amice salve nemo est
omnium quem ego nunc magis cuperem videre quam te **Anti·** narra quod
quid siet **Che·** ymmo ego te obsecro hercle ut audias istuc
nostin hanc quam amat frater **Anti·** novi nempe ut opi-
nor thaidem **Che·** istam ipsam **Anti·** sic commemineram **Che·**
hodie quedam est ei dono data virgo· quid eius tibi faciem predicem

aut laude o antipho tu meipm noris qz elegantis formarum spectator siem. in hac commotus sum. Anti. aiin tu? Che. primam dices scio si videris. quid multa verba. amare cepi. forte fortuna domi erat quidam Eunuchus quem mercatus fuerat frater thaidi neque is deductus etiam tum ad eam. submonuit me parmeno ibi servus. quod ego arripui. An. quid id est. Che. tacitus sis. citius audies. ut vestem cum illo mutem et pro illo iubeam me illoc deducier. Anti. pro eunucho? Che. sic est. Anti. quid ex ea re tantum capes commodi. Che. rogas. ut viderem audirem essem una quacum cupiebam antipho. num parva causa aut prava ratio est. traditus sum mulieri. illa illico ubi me accepit. leta vero ad se abducit domum. virginem. Anti. cui tibi ne. Che. mihi. An. satis tuto tamen. Che. edicit ne vir quisquam ad eam adeat et mihi ne abscedam imperat in interiori parte ut maneam solus cum sola. annuo terram intuens modeste. Anti. miser. Che. ego inquit ad cenam hinc eo. abducit secum ancillas paucae que circa illam essent manent novitie puelle. continuo hec puelle adornant ut lavet. adhortor properent. dum apparatur virgo in conclavi sedet suspectans tabulam quandam pictam ubi inerat pictura hec. Jovem quo pacto dane misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum. egomet quoque id spectare cepi. et quia consimilem luserat iam olim ille ludum. impendio magis animus

Gaudebat in deum sese in hominem convertisse et per alienas te-
gulas venisse clanculum in pluvium fucum dicitur sub divo
factum mulieri. at quem deum. qui templa celi summo sonitu concutit.
ego homuncio hoc non facerem. ego vero illud ita feci ac lubens.
dum hec mecum reputo accersitur lavatum interea virgo ut redit.
deinde eam in lectulum ille collocant. sto expectans si quid mi
imperent. venit una heus tu inquit dore cape hoc flabel-
lum et ventulum huic sic facito dum lavamur ubi nos lave-
rimus si voles lavato. accipio tristis. Anti. tum equidem
istuc os tuum impudens videre nimium vellem quis esset
status flabellum tenere te asinum tantum. Che. vix elocu-
ta est hec foras simul omnes proruunt se abeunt lava-
tum perstrepunt ita ut fit domini ubi absunt. interea som-
nus virginem opprimit. ego limis aspecto sic per flabellum
clanculum et simul alia circumspecto. satin explorata sint.
video esse pessulo hostium obdo. Ant. quid tum. Che.
quid tum fatue. Anti. fateor. Che. an ego in occasione
ostentatam tantam tam brevem tam optatam tam insperatam
amitterem. tum pol ego is essem vere qui assimulabar.
Ant. sane hercle ut dicis. sed interim de symbolis quid ac-
tum est. Che. paratum est. Ant. frugi es. ubi domi. Che.
immo apud libertum discum. Ant. perlonge est. sed tanto
ocius properemus muta veste. Che. ubi mutem perii.

nam domi exulo nunc metuo fratrem ne intus sit porro autem pater
ne a rure redierit iam Anti. eamus ad me ibi proximum est
ubi mutes Chre recte dicis. eamus et de istac simul quo
pacto possim porro potiri consilium volo capere una tecum
Anti. fiat. Dorias Ancilla.

Ita me dii bene ament. quantum ego illum vidi non nihil ti-
meo misera ne quam ille hodie insanus turbam faciat.
aut vim thaidi nam postquam iste aduenit chremes a-
dolescens frater virginis militem rogat ut eum admitti
iubeat. ille continuo irasci neque negare audere. thais porro
instare ut hominem inuitet id faciebat retinendi illius
causa quia illa que cupiebat de sorore eius indicare ad eam
rem tempus non erat. inuitat tristis. mansit ibi illa
cum ille sermonem incipit. miles vero sibi putare adductum
ante oculos emulum. voluit facere contra huic egre. heus
inquit puer pamphilam accerse ut delectet hic nos.
illa exclamat minime gentium in conuiuium illam miles
tendere inde ad iurgium interea aurum sibi clam mulier de-
mit dat mihi ut auferam hoc est signi ubi primum poterit
se illinc subducet scio. Phedria adolescens.

Dum rus eo; cepi egomet mecum inter vias ita
ut fit ubi quid in animo est molestie aliam rem
ex alia re cogitare. et ea omnia in peiorem partem. quid

verbis opus est. dum hec reputo preterii imprudens vil-
lam. longe iam abieram tum sensi. redeo rursum male
vero me habens ubi ad ipsum veni diverticulum constiti oc-
cepi mecum cogitare. hem biduum hic manendum est soli
sine illa. quid tum. postea nichil est. quid nichil. si
non tangendi copia est eho nec videndi quidem erit si
illud non licet saltem hoc licebit. certe extrema linea
amare haud nichil est. villam pretereo sciens. sed quid
hoc est quod timida subito egreditur pithias.

Pithias · Dorias · Phedria adolescens

Ubi illum scelerosum misera atque impium inveni-
am. aut ubi conqueram. hoccine tam audax
facinus facere esse ausum. perii. Phe. hoc quid sit vereor
Pit. quin etiam insuper scelus postquam ludificatus est virgi-
nem. omnem vestem misere discidit. tum ipsam capillo conscidit
Phe. hem Pith. qui nunc si detur michi unguibus
facile illi in oculos involem venefico. Phe. nescio quid
profecto absente nobis turbatum est domi. adibo quid is-
tuc est. quid festinas. aut quem queris pithias. Pit. ehem
phedria. egon quem queram. i hinc quo dignus es cum donis
tuis tam lepidis. Phe. quid istuc est rei. Pith. rogas
me. eunuchum quem dedisti nobis quas turbas dedit. virginem
quam ere dederat dono miles viciavit. Phe. quid dicis

Pith. Perii. Phe. Temulenta es. Pit. Utinam sic sint qui mihi male volunt. Dor. Au obsecro mea Pithias quid istuc nam monstri fuit. Pit. Insanis qui istuc facere eunuchus potuit. Phe. Ego illum nescio qui fuerit. hoc quod fecit res ipsa indicat. Virgo ipsa lacrimat neque cum rogites quid sit audet dicere. Ille autem bonus vir nusquam apparet. Etiam hoc misera suspicor aliquid a domo abeuntem abstulisse. Phe. Nequeo mirari satis quo ille abire ignavus possit longius nisi domum forte ad nos redigit. Pit. Vise amabo num sit. Phe. Iam faxo scias. Dor. Perii. Obsecro tam infandum facinus mea tu ne audivi quidem. Pith. At pol ego amatores audieram mulierum esse eos maximos. sed nihil potesse. verum misere non in mentem veneat. nam aliquo illum conclusissem neque illi commisissem virginem.

Pithias. Dorias ancille. Dorus eunuchus. Phedria.

Phe. Exi foras sceleste at etiam restitas. fugitive prodi male conciliate. Eun. Obsecro. Phed. Oh illud vide os ut sibi distorsit carnifex. quid huc reditio est. quid vestis mutatio. quid narras. paululum si cessassem Pithias domi non offendissem. ita iam adornabat fugam. Pith. Habes ne hominem amabo Phe. Quid ni habeam. Pith. O factum bene. Dor. Istuc pol vero bene. Pith. Ubi est. Phe. Rogitas. non vides. Pith.

videam obsecro quid. phe. hic stultet. pith. quis hic est ob
secro homo. phe. qui ad nos deductus hodie est. pith.
hunc oculis suis nostrarum numquam quisquam vidit phedria. phe.
non vidit? pith. an tu hunc credidisti esse obsecro ad
nos deductum. phe. namque alium habui neminem. pith.
au. ne comparandus hic quidem illum est. ille erat honesta
facie et liberali. phe. ita visus est dudum quia varia veste
exornatus fuit. nunc tibi videtur fedus quia illam non
habet. pith. tace obsecro quasi vero paululum intersiet. ad
nos deductus est hodie adolescentulus. quem tu videre vero
velles phedria. hic est vetus vietus veternosus senex.
colore mustelino. phe. hem que est hec fabula? eo re-
digis me ut quid egerim egomet nesciam. eho tu e-
min ego te. eunuchus emisti. pit. iube mi denuo respondeat.
phe. roga. pith. venistin hodie ad nos? negat. at ille
alter venit ad nos natus sedecim. quem secum adduxit
parmeno. phe. agedum hoc mihi expedi primum. istam
quam habes unde habes vestem? taces? monstrum hominis
non dicturus. eunuch. venit cherea. phe. frater? eunuc. ita.
phe. quando? eunuch. hodie. phe. quam dudum? eunuc. modo. phe. quicum?
eunuch. cum parmenone. phe. norasne eum prius? eunuch.
non. nec quis esset umquam audieram dicier. phe. unde igitur
fratrem meum sciebas? eunuch. parmeno dicebat eum esse. is

dedit in hanc vestem phe. occidi. Eunuch. mea ipse induit. post
una ambo abierunt foras. pith. iam credis satis esse me sobriam
et nichil mentitam tibi. iam satis certum est virginem viciatam esse
phe. age nunc belua credis quod dicat. pith. quid isti credam. res
ipsa indicat. phed. concede istuc paululum. audin etiam nunc
paululum. pith. sat est. phe. dic dum hoc rursum. cherea tu:
am vestem detraxit tibi. Eunuc. factum. phe. et ea est indutus.
Eunuc. factum. phe. et pro te huc deductus est. Eunuc. ita. phe.
o iuppiter magne. o scelestum atque audacem hominem. pith.
ve mi etiam nunc credis indignis nos esse irrisas modis.
phe. si tu credas mirum quod iste dicat. pith. quid agam nes:
cio. phe. heus negato rursum possum ne ego hodie ex te ex:
sculpere verum. vidistin fratrem cheream. Eunuch. non. phe. non
potest sine malo fateri video. sequere hac. modo ait. modo ne:
gat. ora me. dor. obsecro te vero phedria. phe. intro
Eunuch. oi ei. phe. alio pacto honeste quo hinc abeam
nescio. actum est si quidem tu me hic etiam nebulo
ludificabere. pith. parmenonis tam scio esse hanc techinam
quam me vivere. dor. sic est. pith. inveniam pol hodie parem
ubi referam graciam. sed nunc quid faciundum censes dorias.
dor. de ista rogas virgine. pith. ita utrum ne taceam an predicem
dor. tu pol si sapis quod scias nescis neque de eunucho ne:
que de vicio virginis. hac re et te ab omni turba evolves.

et illi gratu(m) feceris id modo dic abisse doru(m) pith ita faciã
Dor sed videon chremete(m) thais iam aderit pith quid ita
Dor quia cu(m) inde abeo iã tum incipiat turba inter eos
pith tu aufer aurum hoc ego scibo ex hoc quid siet

Chremes. Pithias

Thre. At tat data hercle in verba sum. vicit me vinum quod bi
bi ac dum accubabã qui videbar mi esse pulchre
sobrius postquam surrexi neque pes neque mens suu(m) satis offi
ciu(m) facit pith o chreme Chre quis est ehem pithias.
vah quanto nunc formosior vide(re) mi quam dudu(m) pith certe
tu multu(m) pol hilarior quide(m) Chre verbu(m) hercle hoc ve
ru(m) est sine cerere et libero friget venus sed thais multo
ante venit pith an ne abiit iã a milite Chre iã dudu(m)
etate lites facte sunt inter eos maxime pith nichil
dixit tu ut sequere sese Chre nichil nisi abiens mihi
innuit pith eho nonne id sat erat Chre at nesciebã
id dice(re) illam nisi quia correxit miles quod ego intellexi
minus. nã me extrusit foras. sed eccam ipsam video mi
ror ubi ego huic anteverterim

Thays. Chremes. Pythias

Tha. Credo equidem illu(m) iam adfuturu(m) esse ut illã
a me eripiat. sine ut veniat. at quis si illam
digito attigerit uno oculo ilico effodientur. usque adeo ego

illius ferre possum ineptias et magnifica verba verba dum
sint. verumenim si ad rem conferentur vapulabit Chre. Thais
ego iamdudum adsum hic Tha. o mi chreme te ipsum expecto
scin tu turbam hanc propter te ipsum factam esse et adeo ad te at-
tinere hanc omnem rem Chre. ad me qui quaeso istuc Tha. quia
dum tibi sororem studeo reddere ac restituere haec atque istius-
modi sum multa passa Chre. ubi ea est Tha. apud me do-
mi Chre. hem Tha. quid est sic est o chreme educta illa
uti teque illa quod dignum est Chre. quid ais Tha. id quod res est.
hanc dono do tibi neque repeto pro illa quicquam abs te precii
Chre. et habetur et refertur o thais a me ita uti tu meri-
ta es gratia. Tha. at enim cave ne priusquam a me hanc
accipias amittas o chreme nam haec ea est quam miles
a me vi nunc ereptum venit. abi tu cistellam pithias do-
mo effer cum monumentis Chre. viden tu illum thais.
Pith. ubi sita est Tha. in risco odiosa cessas Chre. militem
secum ad te quantas copias adducere. attat Tha. num formi-
dolosus obsecro es homo mi. apage sis Chre. egon formido-
losus nemo est hominum qui vivat minus Tha. atque ita opus
est Chre. ah metuo qualem tu me hominem esse existimes.
Tha. Immo tu hoc cogitato quicum res tibi est peregrinus est
minus potens quam tu minus notus minus amicorum hic ha-
bens Chre. scio istuc sed tu quod cavere possis stultum ad-

mitte est malo ego nos prospicere qui hunc ultus sit accepta iniuria. tu abi atque obsera ostium intus. dum ego hinc transcurro ad forum. volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac. Tha. mane. Cre. melius est. Tha. mane. Cre. omitte iam adero. Tha. nichil opus est istis o chreme hoc modo dic esse sororem tuam et te paruam virginem amisisse nunc cognosse signa ostende. Pith. adest. Tha. cape. si vim faciet in ius ducito hominem intellexistin. Cre. probe. Tha. fac hec animo ut presenti dicas. Chre. faciam. Tha. attolle pallium. perii. huic ipsi opus est patrono quem defensorem paro.

Thraso miles. Gnato parasitus. Sanga. Simallio. Siriscus. Dorax. lolarius. Cremes. Thais.

Tra. Hancine ego ut contumeliam tam insignem in me accipiam gnato. mori me satius est. Simallio. Dorax. Sirisce. sequimini me primum edes expugnabo. Gna. recte. Tra. virginem eripiam. Gna. probe. Tra. mulctabo male ipsam. Gna. pulchre. Tra. in medium huc agmen cum vecte dorax. tu simallio in sinistrum cornu. tu sirisce in dextrum. cedo alios. ubi centurio est sanga. et manipulus furum. San. eccum. Tra. quid ignaue. peniculon pugnare qui istuc huc portas cogitas. San. egone. imperatoris virtutem noueram et vim militum sine sanguine hoc non posse fieri qui abstergerem vulnera. Tra. ubi sunt alii. San. quid malum alii.

solus Sannio servat domi. Thra. tu hoste instrue. ego post
principia inde omnibus signum dabo. Gna. illuc est sapere ut
hoste instruxit ipsus sibi cavit loco. idem iam hoc Pyrrus
factitavit. Cre. viden tu Thais quam rem hic agit. nimi-
rum consilium illud rectum est de occludendis edibus. Tha. sane
qui tibi nunc vir videtur esse hic, nebulo magnus est. ne me-
tuas. Thra. quid tibi videtur. Gna. fundam tibi nunc nimis vel-
lem dari, ut tu illos procul hinc ex occulto cederes, face-
rent fugam. Thra. sed eccam Thaidem ipsam video. Gna.
quam mox irruimus. Thra. mane. omnia prius experiri quam armis
sapientem decet. qui scis an que iubeam sine vi faciat.
Gna. di vostram fidem, quanti est sapere. numquam accedo quin abs te
abeam doctior. Thra. Thais primum hoc mihi responde. cum tibi do
istam virginem, dixtin hos dies mihi soli dare. Tha. quid tum
postea. Thra. rogitas. que mihi ante oculos coram amatorem
adduxti tuum. Tha. quid cum illo agas. Thra. et cum eo
clam te subduxti mihi. Tha. lubuit. Thra. Pamphilam ergo huc
redde, nisi vi mavis eripi. Cre. tibi illam reddat. aut tu
illam tangas. omnium. Gna. ah quid ais. tace. Cre. quid
tu tibi vis. Thra. ego non tangam meam. Cre. tuam autem furcifer.
Gna. cave sis. nescis cui maledicas nunc viro. Cre. non
tu hinc abis. scin tu ut tibi res sese habeat. si quicquam ho-
die hic turbe ceperis, faciam ut huius loci dieique meique sem-

meminerit **Gna**· miseret tui me qui hunc tantum hominem facias
inimicum tibi **Cre**· diminuam ego caput tuum hodie nisi abis.
Gna ain vero canis· sic agis **Tra**· quis tu homo es· quid
tibi vis· quid cum illa rei tibi est. **Cre** scibis· principio
eam esse dico liberam **Tra**· hem **Cre**· civem atticam **Tra**·
hui **Cre** meam sororem **Tra**· os durum **Cre**· miles nunc
edico tibi ne vim facias ullam in illam· ego eo ad sophro-
nam nutricem· ut eam adducam et signa ostendam hec·
Tra· tu me prohibeas meam ne tangam **Cre** prohibeo inquam
Gna audin tu· hic furti se alligat **Cre** satis hoc tibi est
Tra· idem hoc tu ais thais **Tha**· quere qui respondeat
Tra· quid nunc agimus **Gna** quin redeamus· hec iam
tibi aderit supplicans ultro **Tra**· credin **Gna** immo certe
novi ingenium mulierum nolunt ubi tu velis· ubi nolis cupiunt
ultro **Tra**· bene putas **Gna** iam dimitte exercitum **Tra**· u-
bi vis **Gna** sanga ut ita fortes decet milites domi-
focique fac vicissim ut memineris **San** iamdudum animus est
in patinis **Gna** frugi es **San** vos me hac sequimini

Patina vas ...

· 4ct9 · actus ·
· tha ·

Thais· **Pithias**·

Pergin scelesta mecum perplexe loqui· scio· nescio·
abiit audivi ego non affui· tu istuc mihi aperte dictura
es quicquid est· virgo conscissa veste lacrimans obticet· eu-
nuchus abiit quamobrem· quid factum est· taces· **Pit**· quid

ego misera ti dicam illum eunuchum negant fuisse tha quis
fuit igitur pit iste cherea tha qui cherea pit iste ephe
bus frater phedrie tha quid ais venefica pit at qui
certe comperi tha quid is obsecro ad nos aut quamo
brem adductus est pit nescio nisi amasse credo pam
phila tha hem misera occidi infelix siquidem tu istec
vera predicas num id lacrimat virgo pit id opinor tha
quid ais sacrilega istuccine interminata sum hinc abi
ens ti pit quid facerem ita ut tu iussisti soli credita
est tha scelesta ovem lupo contulisti dispudet sic mi
data esse verba quid illuc hominis est pit era mea ta
ce obsecro salve sumus habemus hominem ipsum tha v
bi is est pit hem ad sinistram vides ne tha video pit
iube comprehendi quantum potes tha quid illi faciemus
stulta pit quid facias rogas vide amabo si non tu
aspicias os impudens videtur tha non est pit tu
vide que eius confidentia est Cherea Thais Pythias

Che. Apud antiphonem uterque pater et mater qui de
bita tum opera domi erant ut nullo modo intro
ire possem qui viderent me interim dum ante ostium
sto notus mi quidam obviam venit ubi vidi egomet in
pedes quantum queo in angiportum quoddam desertum inde
item in aliud inde in aliud ita miserrimus fugi fu

gitando ne quis me cognoscet. sed est ne thais quam video? ipsa
est. hereo. quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi? tha.
Adeamus. bone vir dore salve. dic mihi aufugistin?
che. Era factum. tha. satin id tibi placet? che. non. tha. credin
te impune abiturum? che. unam hanc noxam amitte. si
aliam admisero umquam occidito. tha. num meam sevitiam veritus? che. non. tha. quid igitur? che. hanc metui ne me
criminaret tibi. tha. quid feceras? che. paululum quoddam.
Pith. eho paululum impudens? an paululum esse hoc tibi
videtur virginem vitiare civem? che. conservam esse credidi.
Pit. conservam? vix me contineo quin involem in capillum
monstrum: etiam ultro derisum advenit. tha. abi hinc insana. pit. quid ita vero? abeam? credo ni isti quicquam fur-
cifero. presertim cum se servum fateatur tuum. tha. missa hec
faciamus. non te dignum cherea fecisti. nam si ego digna
hac contumelia sum maxime. at tu indignus qui faceres tamen. neque edepol quid nunc consilii capiam scio de virgine istac. ita conturbasti mihi rationes omnes ut eam non
possim suis ita ut equum fuerat atque ut studui tradere
ut solidum hoc pararem in beneficium o cherea. Che.
at nunc dehinc spero eternam inter nos gratiam fore thais.
sepe ex huiusmodi re quapiam et ex malo principio
magna familiaritas conflata est. et quid si hoc quispiam

pia volūt deus tha· equidē pol in ea ptem accipio et volo
the· immo ita quesō· vnā hoc scito cōtumelie nō me fecis-
se tā sed amoris tha· scio et pol ꝑptea magis nūc ignosco
ti· nā adeo in humano ingenio sum therea neqꝫ tā im-
perita vt quid amor valeat nesciā the· te quoqꝫ iam
thais ita me dῑ bene ament amo pyt· tū pol ti ab ista
therea cauendū intelligo· the· nō ausim pyt nichil
tibi quicqm̄ credo tha· desinas the· nec ego te in hac
re m̄ oro vt adiutrix sies ego me comendo tue et cōmit-
to fidei te in patronā cupio thais te obsecro· emoriar
si nō hanc vxorē duxero tha· tamen si pater the· qd·
ah volet certe scio· ciuis modo sit hec tha· paululū oppe-
ririex si vis iā fr ipse hic aderit virginis· nutricem accer-
situ it· que illā aluit paruolā in cognoscendo tute ipse
hic aderis cherea the· ego vero maneo tha· vis ne
interea dū is venit domi operiam· potius qm̄ hic
an ostiū. the· immo percupio pith· qm̄ tu rem actuā
obsecro es· tha· nā quid ita pith· rogitas· huc tu in
edes cogitas recipe posthac tha· cur non pit· crede hc
mee fidei· dabit hic aliqm̄ pugnā denuo tha· au· ta-
ce obsecro pith· prrū prosperisse eius vide audaciam
Che· nō faciā pithias pith non pol credo cherea n
si comissum non erit the· qn̄ pithias tu me seruato

Pith. neque pol servandum tibi quicquam dare ausim neque
te servare. apage te. Tha. adest optime ipse frater. Che. perii
hercle obsecro abeamus intro Thais. nolo me in via
cum hac veste videat. Tha. quam ob rem tandem? an quia
pudet? Che. id ipsum. Pith. id ipsum virgo vero. Tha. i prae
sequar. tu istic mane ut Thraecem introducas Pythias.

Pithias. Cremes. Sophrona. Nutrix.

Pith. Quicquid venit in mentem nunc possem in quidnam.
Quid referam illi sacrilego gratiam qui hunc supposuit
nobis. Cre. move vero ocius te nutrix. Soph. moveo. Cre.
video. sed nihil promoves. Pith. iamne ostendisti signa
nutrici? Cre. omnia. Pit. amabo quid ait? cognoscit-
ne illa? Cre. ac memoriter. bene edepol narras. nam
illi faveo virgini. ite intro iamdudum era vos expectat
domi. virum bonum eccum Parmenonem incedere video. ut
otiosus sit vide. si dii placet spero me habere qui hunc
meo excruciem modo. ibo intro de cognitione ut certum
sciam. post exibo atque hunc perterrebo sacrilegum.

Par. Reviso quidnam Cherea. Parmeno Servus.

Hic rerum gerat. quod si astu rem tractavit dii vos-
tram fidem quantam et quam veram laudem capiet Parmeno.
nam ut omittam quod ei amorem difficillimum et carissimum
a meretrice avara virginem quam amabat eam confeci sine

Pithias ancilla videns Parmenonem qui [illegible] detulerat secum hec loquebatur

Parmeno [illegible] Cherea qui introduxerat ornamenta [illegible] se [illegible] secum [illegible] dicebat.

molestia sine sumptu sine dispendio. tum hoc alterum id vero est
quod ego mihi puto palmarium me repperisse quid adolescen-
tulus meretricum ingenia et mores posset nosse mature ut
cum cognoverit perpetuo oderit. que dum foris sunt videtur
nihil mundius nec magis compositum quicquam nec ma-
gis elegans. que cum amatore suo cenant liguriunt. ha-
rum videre illuviem sordes inopiam quam inhoneste sole
sint domi atque avide cibi quo pacto ex iure externo
panem atrum vorent nosse omnia hec salus est adolescen-
tulis. Pith. ego pol te pro istis dictis et factis scelus ul-
ciscar ut ne impune in nos illuseris. Pithias

Pro deum fidem. facinus fedum. Parmeno

O infelicem adolescentulum scelestum parmenonem
qui istum huc adduxit. par. quid est. pith. miseret me
itaque ut ne id viderem misera huc effugi foras que futura
exempla dicunt in eum indigna. par. o iuppiter que il-
la hec est turba. num nam perii adibo quid istuc pithia.
quid ais. in que exempla fient. pith. rogitas audacissime.
perdidisti illum quem adduxisti pro eunucho adolescen-
tulum dum studes dare verba nobis. par. quid ita aut quid
factum est. dic. pit. dicam virginem istam thaidi hodie que
dono data est scis eam hinc civem esse. et fratrem eius esse
adprime nobilem. par. nescio. pit. atqui sic inventa est.

eam iste vitiavit miser. ille ubi restitit esse fratrem sic vio-
lentissime PAR quidnam fecit PIT colligavit primum eum
miseris modis PAR hem colligavit eum PIT atque eq-
uidem orante ut ne id faceret thaide PAR quid ais PITH
nunc minatur porro sese id facturum quod moechis solet
quod ego numquam vidi fieri atque velim PAR qua audacia
tantum facinus facere audet PIT quid ita tantum PAR
an non tibi hoc maximum est quis homo pro moecho un-
quam vidit in domo meretricia deprehendi quemquam PIT
nescio PAR at ne hoc nesciatis pythias dico edico vobis
verum esse illum herilem filium PIT hem obsecro an is
est PAR ne quam in illum thais vim fieri sinat atque
adeo autem cur non egomet intro eo PIT vide parme-
no quid agas neneque illi prosis et tu pereas nam hoc
putant quicquid factum est a te ortum esse PAR quid igitur
faciam miser quidve incipiam ah ecce autem video rure
redeuntem senem dicam huic an non dicam hercle etsi
michi magnum malum scio paratum sed necesse est hu-
ic ut subveniat PIT sapis ego abeo intro tu isti
narrato omnem rem ordine ut factum siet

Laches senex Parmeno servus

Ex meo propinquo rure hoc capio commodi ne-
que agri neque urbis odium me umquam percipit ubi

satias cepit fieri · commuto locu̅ · sed est ne hic nr̅ parmeno ·
et certe ipus est quem prestolabar parmeno hic ante ostiu̅
thaidis · par quis homo est · ehem · saluu̅ te aduenisse
ere gaudeo lach quem prestolabar par perij · lingua heret
metu lach hem quid est · quid tu trepidas · salue · satin
dic michi par here p̄mu̅ te arbitrari id q̄d res est uelim ·
quidquid huius factum est culpa non factum est mea lach quid
par recte sane interrogasti · oportuit rem prenarrasse me
emit quendam phedria eunuchu̅ quem dono huic daret
lach cui par thaidi lach emit · perii hercle quanti ·
par viginti minis lach actum est par tum quandam fidi-
cinam amat hic cherea lach hem quid · amat · an scit
ille quid iam meretrix siet · an in astu uenit aliud ex
alio malo par here ne me spectes me impulsore hec
non facit lach omitte de te dicere · ego te furcifer si ui-
uo · sed istuc quidquid est p̄mu̅ expedi par is pro illo eunu-
cho ad thaidem hanc deductus est lach pro eunuchon
par sic est hunc pro mecho postea comprehendere intus et
constrinxere lach occidi par audaciam meretricum specta
lach numquid est aliud mali dampni ue quod non dixeris
reliquum par tantum est lach cesso huc intro irrumpere
par non dubium est quin mihi magnum malum ex hac re sit ·
ni quia necesse fuit hoc facere · id gaudeo propter me hisce ali-

quid mali esset eventurum nam iam diu aliquam cā quaerebat senex
quamobrem insigne aliquid faceret is nunc repperit

Pythias ancilla. Parmeno servus.

Pit. Numquam edepol quicquam diu quod magis vellem eveni-
re mi evenit quam quod modo senex ad nos meum intro
errans mi sole ridiculo fuit que quod timeret sciebam PAR quid
autem hoc est PITH nunc id prodeo ut conveniam parmeno-
nem sed ubi obsecro is est PAR me quaerit haec PIT atque
eccum video adibo PAR quid est inepta quid tibi vis quid
rides pergin PIT perii defessa sum iam miseram te
ridendo PAR quid ita PIT rogitas numquam edepol ho-
minem stultiorem vidi neque videbo ah non possum narrare
quos ludos praebueris intus at etiam primo callidum et disertum
credidi hominem PAR quid PITH illico ne crederes ea quae
dixi oportuit te an paenitebat flagitii te auctore quod
fecisset adolescens ni miserum insuper etiam patri indi-
cares nam quid illi credis animi tum fuisse ubi ves-
tem vidit illam eum esse indutum pater quid est iam scis te
perisse PAR hem quid dixti pessima an mentita es
etiam rides ita me lepidum tibi visum est scelus nos ir-
ridere PIT nimium PAR siquidem istuc impune habueris
PIT verum PAR reddam hercle PITH credo sed in diem
istoc parmeno est fortasse quod minitaris tu iam pende-

Jussus Laches a parmenone ingredi do-
mum thaidis: ubi putabat filium vinctum tene-
ri mutus est in medium derisum

Esse te lachi credidi peritum quum mentita sum
tibi ... domum filium teneri astatim

bis qui istum adolescentulum denobilitas flagitiis. et eundem indicas. utrisque exempla in te edent. PAR nullus sapit. hic pro illo munus et honos est habitus. abeo. PAR egomet meo indicio miser quasi sorex hodie perii.

Gnato parasitus. Traso. Miles.

Tra. Quid nunc. qua spe. aut quo consilio. huc imus GNA quid inceptas. thraso TRA ego ne. ut thaidi me dedam et faciam quod iubeat. GNA quid est. TRA qui minus quam hercules servivit omphale. GNA exemplum placet utinam tonitigari videam sandalio caput. sed fores crepuerunt ab ea. TRA perii. quid hoc est autem mali. hunc ego numquam videram etiam quidnam hic properans prosilit.

Cherea: parmeno: phedria: Gnato: Thraso:

Che. O populares et quis me vivit hodie fortunatior. nemo hercle quisquam. nam in me plane dii potestatem suam omnem ostendere cui tam subito tot congruere commoda. PAR qui hic letus est. CHE o parmeno mi. o mearum voluptatum omnium inventor. inceptor. perfector. scin me in quibus sim gaudiis. scis pamphilam meam inventam civem esse. PAR audivi. CHE scis sponsam mihi. PAR bene (ita me dii ament) factum GNA audin tu hic quid ait. CHE tum autem phedrie fratri meo gaudeo esse amorem omnem in tranquillo una domus est. thais patri se commendavit.

in clientelam et fidem nobis dedit se. Par. fratris igitur tota est
Thais. The. scilicet. Par. iam hoc aliud quod est gaudeamus.
miles pelletur foras. The. tum tu frater ubiubi est fac quam
primum hec audiat. Par. visam domum. Thra. numquid Gna-
tho dubitas quin ego nunc perpetuo perierim. Gna. sine du-
bio opinor. The. quid commemorem primum aut laudem ma-
xime illumne qui mihi dedit consilium ut facerem an me qui
ausus sim incipere an fortunam collaudem que guber-
natrix fuit que tot res tantas tam oportune in unum
conclusit diem. an mei patris festivitatem et facilitatem.
o Iuppiter serva obsecro hec bona nobis.

Phedria; Cherea; Traso; Gnato:

Phe. Di vostram fidem incredibilia Parmeno modo que
narravit. sed ubi est frater. The. profecto adest.
gaudeo. Phe. satis credo. nichil est Thaide hac frater tua
dignius quod ametur. ita nostre omni est fautrix fami-
lie. Phe. hui mihi illam laudas. Tra. perii quanto minus
spei est tanto magis amo. obsecro Gnato in te spes est.
Gna. quid vis faciam. Tra. perfice hoc precibus pretio ut
heream in parte aliqua tandem apud Thaidem. Gna.
difficile est. Tra. si quid collibuit est facile. novi te.
hoc si feceris quod vis donum a me et premium optato id
optatum feres. Gna. itane. Tra. sic erit. Gna. si efficio

Redeunte parmenone a therea; precurrit ad phedriam: et narravit ei omnia que a se audierat at ille letus respondit dicens

ut in hoc postulo tua domus te presente absente pateat in-
vocato ut sit locus semper Tra do fidem futura Gna accipi-
o Phe que ego hic audio o thraso Tra salvete Phe tu
fortasse facta que hic sient nescis Tra scio Phe cur te ergo
in his ego conspicor regionibus Tra vobis fretus Phe
scin quam fretus miles edico tibi si te in platea offendero
hac post umquam nichil est quod dicas mihi alium querebam iter hac
habui peristi Gna eia haud sic decet Phe dictum est Gna
non cognosco vestrum tam superbum Phe sic erit Gna prius
audite paucis quod cum dixero si placuerit facitote Phe au-
diamus Gna tu concede paululum istuc thraso principio
ego vos credere ambos hoc mihi vehementer volo me huius quic-
quid faciam id facere mea maxime causa verum si idem vobis
prodest vos non id facere inscitia est Phe quid id est Gna
militem ego rivalem recipiendum censeo Phe hem recipiendum
Gna cogita modo tu hercle cum illa phedria et libenter
vivis etenim bene libenter victitas et quod des paululum est
et necesse est multum accipere thaidem ut tuo amori suppe-
ditare possit sine sumptu tuo ad hec omnia magis oppor-
tunus nec magis ex usu tuo nemo est principio et habet
quod det et dat nemo largius fatuus est insulsus tardus
stertit noctesque et dies neque istum metuas ne amet mu-
lier facile pellas ubi velis Phe quid agimus Gna pre-

gtus puts

terra hoc etiam qd ego vl plimu puto. attipit homines

nemo melius prorsus nemo prolixius PHE miru

n illos homine quo pacto opus est. THE ide ego arbitr

or GNA recte faciatis. unu etiam vos oro. vt me in ves

tru gregem recipiatis. satis diu ia hoc saxu volvo PHE

recipimus THE. ac lubenter GNA et ego pro isto phe

dria et tu therea hunc comedendu et deridendu vobis

prebeo THE placet PHE dignus est GNA thraso accede

ubi uis THE obsecro te quid agimus GNA quid? isti te

ignorabant sed postqm eis mores ostendi tuos et colau

daui. scdm facta et virtutes tuas impetraui TRA bene

fecisti gratiam habeo maxima nunqm et ia fui usqm

qn me omnes amarint plimu GNA dixin ego vobis

in hoc esse atticam eloquentia PHE nichil plimis est.

GNA iste hat. vo. vos valete et plaudite caliopius re

censui. THERENCII AFRI EVNVCHVS EXPLICIT

INCIPIT HEAVTONTVMEROMENOS:—

[Ch]remes civis atticus fuit, cui uxor Sostrata, filius Clitipho et Antiphila filia; hic introducitur ut prudentia sua intelliget [Me]nedemum, per quem nobis aperit autor quid eloquentia possit et quo demum seni congruit. **Menedemus** qui demptus a mente et dementia hic duricia sua filium a se militatum propulit, per quem apparet nobis autor rusticanorum hominum mores duros et inflexibiles, insinuans cum quibus quo flexibili regendi sunt, et animum erga eosdem destinans ut insuper ipsi ...m indulgeant qui utrumque vitiosum est. **Clitipho** filius Chremetis amicus Cliniae filii Menedemi introducitur ut amico subveniat, tum ut tertio pena in eum redundat. ...ta amore Bacchidis meretricis estuans tandem comperta per ... duxit. ¶ **Clinia** filius Menedemi impatiens amoris et diligentiae paterne a quo reprehendebatur ob Antiphila quam arcius amabat, militatumque accessit Asiam, reversus inde a Clitiphone [duxit] suscepit, per quem innuit nobis autor levitatem iuvenum et quo tandi cognitorum sibi fuit sane consilium. ¶ **Dromo** servus Cliniae sibi fidelis cum eo militia accesserat; introducitur ab autore ut fidelitas servi et amor erga dominum ali[qu]id appareat. ¶ **Syrus** servus Chremetis consultor Clitiphonis fuit, hic calliditate et astucia vigebat, fallaciarum inventor extitit eximius, introducitur ab autore ut servulorum calliditas appareat. ¶ **Bacchis** meretrix publica primum extitit adulescentulorum amatrix, procax sumptuosaque fuit, nichil dulce estimans in primis. Introducitur ab autore ut nequitia meretricia per eam nobis appareat et a talibus caveamus. ¶ **Phrygia** Bacchidis ancilla fuit apprime docta ... moribus. Introducitur ut appareat qualiter meretricum ancille in meretricio faciles sunt. ¶ **Antiphila** Cliniae amica, serenans amoris et fidei; introducitur ab autore ut palam fiat quantum castitas amor meretricia prevaleat et eligi debeat. ¶ **Sostrata** uxor fuit matris Clitiphonis et Antiphile licet eam iussu mariti ... exponendam clanculum dedisset; introducitur ab autore ut pietas materna erga filios filiasque sit, et ut mores mulierum per eam nobis innotesceret. ¶ **Nutrix** de qua in textu fit mentio introducitur ut fidem faciat de recognitione Antiphile facta mediante anulo Antiphile digito alligato dum clanculum exponenda traderetur. Tradita notitia personarum nominum ad seriem fabule tependam accedo.

∴ Summa Comedie In Eautontimorumenon :~

**Erat in civitate Atheniensi Chremes vir generosus, rei que fortune pro sui gradus conditione secundum communem populi famam indigentis. Cui fuit uxor Sostrata nomine. Quam dum cognovisset et se gravidam vidisset verecundia paupertate ponitque qui pietate amoris patrii obligat eadem propter ut si filium pareret vivum servaret, at vero si filiam neci traderet, ne propter dotem eiusdem sollicitior efficeretur; tum paupertate laboraret. Parit uxor filiam pulcherrimam. Illa intuita materno amore naturalique pietate commota, ... servare incolumem studuit ... viri monita detractumque sibi anulum digito infantule filie alligat, ut vel si hereditatem perire omnino expers minime foret, quam ut negassimum arbitrabatur; vel forte quicumque illam ... meretricula nutriendam accepisset diligentior circa eam existeret. Viso anulo in eius manu et forte fortuitu tradita fuit exponenda anicule de Corintho clam viro eius. Demum ab eodem interrogata quid peperisset abortivum se passam apud eum ... mentita est; credidit Chremes precedente tempore. Adolevit puella, imposito sibi nomine Antiphila patre et matre eo ignorante; hanc Corinthia hunc eius cuius filia esset sciebat nisi quod Attice mulieris filia, apponit vel norat. Erat in eadem civitate Attica vir nomine Menedemus Cliniae satis egregius sed moribus incomptus. Hic locuples erat et vicinus Chremeti, habebat autem et hic filium quendam Clinia nomine amicum Clitiphonis, qui iuvenili more veneri indulgens, correptus est amore Antiphile. De qua se atque ut potiri posset sponde... filiisque uxore illa ducere. Pervenit rumores de amore filii ad aures Menedemi, qui continua exhortatione filium et exemplis et preceptis monitis rationibus diversis admonebat ut ab illicito amore sese liberaret, sumeret de se exemplum, qui iuvenili tempore nequaquam otio aut libidini indulsit, quinymo ne libidine corrumperetur illo tempore militiam aggressus est, in qua et famam et rem adeptus erat. At vero filius impatiens admonitionis paterne, ut eius inde nitus dedignabundus in Asiam clam pre militatumque profectus, ducens unacum servum Dromonem servum suum. Menedemus autem animadvertens filium propter duras eius admonitiones clanculum abiisse facile dolore pleno percutitur; tristis et gemebundus effici indignis que occupationibus et magnis agro amplo mercato sive fundo; in eodem vel tomagis hominis etatis eius pateretur defatigabat sese. Chremes vero vir bonus et prudens animadvertens hunc Menedemum vicinum suum se occupationibus tam indignis defatigatum: tum amore vicinatus, tum quadam compassione motus humaniter illum amicabiliter aggredi: sciscitat quid sibi velint artes illi labores et indigni etate senili, et pre-

qui res ipsa exigat et blandis verbis et superioris dictis illum demulcendo tandem didicit hoc totum procedere. quia filium indignis clamoribus a se abdicaverat, sic quod disponeret filio iure se peregrinanti et mala sustinenti pariter sese cruciando satisfacere conatur. Chremes talibus et huiusmodi sermonibus amorem eius consolari, quod vix facit. tandem affirmat filium sibi presto adventurum. spondet quod eidem omnem operam et diligentiam adhibiturus ut filium sibi restituat.
Clinia vero qui militiam aggressus fuerat ex consilia eventum · diverti apud Clitiphonem amicum suum cupiens clam patre amicam potiri quod mediante Syro servo, primo Clinie arcessi iussit. Interim vero Chremete domum consueto more petente, nuntiat filium Clitiphonem apud se habere in cena seu in mensa, quod impune ex militia redisset. leta Chremes idque Menedemo nuntiaturum se affirmat. dissuadet filius ne id fiat. assignans Clinia multum ira patris veri contra quod amabat. tacet Chremes. adducitur Bacchis et Antiphila per Syrum, fingitur Bacchis amica Clinie et Antiphila pignori tradita Bacchidi. hoc fecit Syrus ut Clitipho Bacchide potiretur. et mediante fallacia Clinia quoque Antiphila pariter potiri posset, studens figmentis extorquere a sene minas decem, Bacchidi dandas quas sibi pollicitus fuerat Clitipho. Cenat Bacchis cum ancillarum suarum comitiva. et Antiphila apud Chremetem atque in eadem cena meretricio more et ingluvie consueta curiositate in supportabili multum omni et tibi consumit. Lucescente die Chremes clam invenibus Menedemum adiit filium rediisse nuntiat apud se detinuisse; et quod gestum sit apud eum omnia pandit. Letatur Menedemus filium videre desiderat. et in omnibus eidem obsecundare cupit. Chremes prohibet ne tam cito tanta facilitatem filio demonstret. assignans libertate nimia filium denuo facile posse deperdere. quoniam si filius eius animadverteret eius omnem. statim deterior factus nimia libertate omnia libidinose profligaret cum Bacchide. quam eius credebat amicam consulit ut falli se permittat technis et fallaciis Syri. et isto modo minus periculose filiam providere posset de argento amice dando. Menedemus assentit Chremetis verbis discedunt ab invicem. omnia ista fuit clam iuvenibus et servis. Chremes Syrum apprehendit illumque adhortatur ut vel quomodo a Menedemo argentum per fallacias extorqueat pro amica Clinie. gaudet Syrus exhortatus a Chremete. magis quod aiatur ut fallaciis incumbat. spondet Chremeti se facturum quod sibi dixerit. Dum vero Bacchis in edibus Chremetis demorare non potuit sese abstinere Clitipho quin cum ea signa quedam amoris exerceret in quibusdam gestibus in quibus deprehensus a patre durius reprehendit. assignans quod amico suo iniuriam faceret. excusabat se Clitipho. Sed Syrus ista audiens timens ne propter incontinentiam aliam tam Bacchidem faceret, propter que Chremes amore filii erga Bacchidem cognosceret iussit Clitiphonem audiente patre, hortatur quod Chremete ut a domo illi discedere iuberat. Fit quod suadente Syro Clitipho a domo excludere. Interrogatur Syrus per Chremetem utrum fallaciam invenerit et audita fallacia a Syro inventa de Antiphila redimenda per Menedemum quoniam non satis valida videbatur consultatur per Chremetem.
Post vero confabulationibus cum Antiphila in domo Chremetis existentis Sostrata accessisset recognosceret filiam. Sostrata enim una cum meretrice sua existens, contemplata anulum sibi commissum ab Antiphila illum esse cognovit quem paruule sue filie olim exponende tradite digito illigaverat. et de hoc certior redditur attestante nutrice quod in eius re consortia sibi fuerat cognita certo filia. Chremeti viro suo pandit omnia seriatim.
Sentit hoc Syrus iter et Clinia quod permisso gaudio vix cuiusquam temporis erat.
Ad vero Syrus cuius rogat ut de animo sit per inveniendo aliquo ad operam Clitiphonis assignavit ei ut Bacchidem apud se deducat. dicatque patri suo illam esse amicam Clinie. uti erat rei veritas. et quod ipse hac via Chremete esset allaturus. scilicet recepisse viam ad Menedemum decipiendi, et isto modo posset celare Chremeti ne perciperet Bacchidem amicam esse Clitiphonis. Clitipho vero ut amico suo subserviat (atque invitus) consiliis acquievit Syri Bacchidem ad se deduxit. narrat patri se id facere ut absconderet a Chremete illam amicam esse Clitiphonis. ditatque se cupere hec uxorem Antiphila agnita filia Chremetis. Letatur pater et rogatus a filio Chremetem adire festinat. pro filia eiusdem copulanda filio suo Clinie. Isto interim ... Syrus Chremetem adiit narrat fallaciam invenisse qua mediante argentum a Menedemo exciperet hac via scilicet finxisset Bacchidem amicam esse Clitiphonis et persuasurum se Menedemo filium eius cupere uxorem Antiphila filia eius. et isto modo ab eo exciperet argentum pro vestibus emendis. placent ista Chremeti. quodammodo tum negat se velle filiam dare Clitiphoni. Syrus instat apud eundem ut libras vel minas decem det Bacchidi pro Antiphila, fingens quod Antiphila tradita esset Bacchidi pignori pro tali pecunia. assentit Chremes. permittit quod sese id facere

velle personalem. Ut vero Syrus timens ne Chremes fallaciam percipiat, suadet id fieri per Clitiphonem ut isto modo suadere possit facilius Menedemo Bacchidem amicam esse Clitiphonis. assentit Chremes consilio Syri. dumque Menedemum falli credit ipse decipitur. dat pecunias filio suadente Syro. Clitipho sumpto argento illo apud Menedemum defertur Bacchidi argentum. dat Menedemus vero Chremeti convenit. rogat eum de Antiphila uxore tradenda Cliniae. Chremes vero ridens de ipso narrat hanc viam esse pro argento per fallaciam ab eo excludendo. promittit tamen ei Antiphilam uxorem pro Clinia. letus inde discedit Menedemus filio nunciat Chremetis responsum. gaudet Clinia instat ut die eadem nuptie constituantur. Clitipho Bacchide potitur, hec animadvertit Chremes, nunciatur ab hoc credens viam hanc deludi. impulsus tamen filii sermonibus Chremete adit. iterato narrat quid Clitipho egerit erga Bacchidem quidve cogitet Clinia super uxore traducenda. Chremes sensim aperiri cognoscit Syri fallacias de Bacchide simulate Cliniae amica. de filio corrupto amore Bacchidis dolet. despondet Antiphilam firmiter uxorem Cliniae. Excogitato quoque novo modo ad filium corruptum corrigendum Menedemum rogat ut sibi auxilio sit, dicat quoque Clitiphoni se bona sua singula constituere velle pro dote Antiphile [illegible] Dissuadet id Menedemus [illegible] desperatione instet Chremes ut talia filio indicet. discedit Menedemus letabundus nunciat Cliniae filio suo nuptias constitutas. letatur filius. At vero Clitipho [illegible] audita erga se Chremetis sententia tristis adeo efficitur, suspirat, dolet, ingemiscit, dumque apud patrem et matrem purgare se studet de amore Bacchidis ut sententiam paternam eiusque iram revocet. negat id facere Chremes nisi uxorem ducat. tandem suadente matre et Menedemo precibus insultante Archonidis filiam sibi uxorem delegit. sicque omnia pace clauduntur. finisque comedie imponitur.

THERENCII AFRI FOELICITER EAUTONTUMENOS INCIPIT

Acta ludis Megalensibus et Cornelio Lentulo et Valerio Flacco edilibus curulibus egere L. et Ambivius Turpio et Atilius Prenestinus. Greca Menandri prima. acta secunda modos fecit Flaccus Claudi tibiis duabus dextris. M. Junio et Sempronio consulibus.

Acta est prima fabula greca Menandri apud Megalem civitatem dum ludi agerentur; qui ipsi composuit greco sermone. ipsa recitata est Ambivio Turpio et Atilio Prenestino; sed illis temporibus ista recitata est in [illegible] urbis Rome a Lucio Cornelio Lentulo, Lucio Valerio Flacco edilibus palatine.

Modulacio a nobis est dicta carmina in leticia, modos in mesticia, eo quod affectus doloris respondeat [illegible] apud Romam.

Incipit argumentum

In militiam proficisci gnatum Cliniam amantem Antiphilam compulit duriter pater animique sese angebat facti penitens. mox ut reversus est clam patrem devertit ad Clitiphonem: is amabat scortum Bacchidem. Cum accerseret cupitam Antiphilam Clinia ut eius Bacchis

Dapsus [illegible] dumque prelia [illegible] Antiphila quam amabat

. Prologus .

venit amica ac servole habitum gerens Antiphila factum
id quo patrem suum celaret clitipho hic technis Syri decem
minas meretricule aufert a sene. Antiphila clitipho-
nis repperitur soror. hanc clinia aliam clitipho ux-
orem accipit. Incipit Heautontimerómenos

Prologus poete Therentii Afri Comiti feliciter.

Ne cui vestrum sit mirum cur partes seni poeta
dederit que sunt adolescentium id primum dicam.
deinde quod veni eloquar. ex integra greca
integram comediam hodie sum acturus heautontimero-
menon duplex que ex argumento facta est simplici. no-
vam ostendi esse et que esset. nunc qui scripserit et cuia
greca sit nisi partem maximam existimarem scire vostrum
id dicerem. nunc quamobrem has partes didicerim paucis da-
bo. oratorem voluit esse me non prologum vostrum iudi-
cium fecit me actorem et dedit. sed hic actor tantum poterit
facundia quantum ille potuit cogitare commode qui ora-
tionem hanc scripsit quam dicturus sum. nam quod rumores
distulerunt malevoli multas contaminasse grecas dum
facit paucas latinas id esse factum hic non negat ne-
que se id pigere et deinde facturum autumat. habet bono-
rum exemplum quo exemplo sibi licere id facere quod illi fe-
cerunt putat. tum quod malevolus vetus poeta dictitat

repente se ad studium applicasse hunc musicum amicum in-
genio fretum haud natura sua arbitrium vostrum vostra
existimatio valebit quamobrem omnes vos oratos volo
ne plus iniquum possit quam equum oratio facite equi sit(is)
date crescendi copiam novarum qui spectandi faciunt copiam
sine viciis ne ille pro se dictum existimet qui nuper fe-
cit servo currenti in via decesse populum cur insano ser-
viat de illius peccatis plura dicet cum dabit alias no-
vas nisi fine maledictis facit adeste equo animo
date potestatem in statariam age ut liceat per silentium
ne semper servus currens iratus senex edax parasitus
sicophanta aut impudens vel avarus leno assidue
agendi sint in clamore summo cum labore maximo mea
causa causam hanc iustam esse animum inducite ut
aliqua pars laboris minuatur michi nam nunc novas
qui scribunt parcunt michi nichil si qua laboriosa est
ad me curritur si lenis est ad alium defertur gregem
in hac est pura oratio experimini in utramque partem
ingenium quid possit meum si numquam avare statui preci-
um arti mee et eum esse questum in animum induxi
maximum quam maxime servire vestris comodis exem-
plum statuite in me ut adolescentuli vobis placere stu-
deant potius quam sibi

Iudicare et discernere vere ita sit ut maledici dicunt

fabula gravi altoque sermone

Chremes. Menedemus. Senex duo

Chre. Quamquam hec inter nos nuper noticia ad-

modum est inde adeo qđ agrum in proximo

hic mercatus es. nec rei fere sane am-

plius quicquam fuit: tamen vel tu-

a me vel vicinitas (qđ ego in propinqua parte amicitie

puto) facit ut te audaciter moneam et familiariter qđ m

videre. pter etate tua facere et pterquam res te adhortatur.

tua. nam pro deum atque hominum fidem. quid vis tibi. aut qđ

queris. annos sexaginta natus es. aut plus eo vt coniicio

agrum in his regionibus meliorem neque precii maioris nemo

habet. seruos compluris. proinde quasi nemo siet adimples

ita attente tute illorum officia fungere. numquam tam mane

egredior neque tam vesperi domum reuertor. quin te in fun-

do conspicer. fodere aut arare aut aliquid ferre. denique

nullum remittis tempus. neque te respicis. hec non voluptati

tibi esse satis certe scio. at enim dices me quantum hic operis fiat

penitet. quid in opere faciundo opere consumis tue. si

sumas in illis exercendis. plus agas. Men. chreme tan-

ne ab re tua est ocii tibi. aliena ut cures. ea que nichil

ad te attinent. Chre. homo sum. humani nichil a

me alienum puto. vel me monere hoc vel percontari puta.

rectum est ergo vt faciam. non est te vt deterream. Men. m-

sit est vsus . et vt opus facto sit facere Chre . an cuiquam est vsus homini

se vt cruciet Men . Chreme si quid laboris est nollem . sed

istuc quid mali est quaeso quid de te tantum meruisti Men

eheu Chre ne lacrima atque istuc quidquid est fac vt sciam

ne retice ne verere crede inquam mihi aut consolando aut

consilio aut re iuuero Men scire hoc vis Chre hac quidem

causa qua dixi tibi Men dicetur tibi Chre at istos ras-

tros interea tamen appone ne labora Men minime

Chre quam rem agis Men sine me vacuum tempus ne quod

dem mihi laboris Chre non sinam inquam Men ah non equum

facis Chre hui tam graues hos quaeso Men sic meritum

meum Chre nunc loquere Men filium vnicum adolescentulum ha-

beo at quid dixi habere me . immo habui Chreme nunc

habeam necne incertum est Chre quid istuc Men scies est

e Chorintho hic aduena anus paupercula eius filiam ille

amare cepit virginem perdite prope iam vt pro vxore haberet

hec clam me omnia . vbi rem sciui cepi non humanitus

neque vt animum decuit egrotum adolescentuli tractare

sed vi et via peruulgata patrum . cottidie accusabam hem

tibi ne hec diutius licere speras facere me viuo patre a-

micam vt habeas prope iam in vxoris loco . erras si id

credas et me ignoras o Clinia ego te meum esse dici

tantisper volo dum quod te dignum est facies . sed si id non

satis ego qd me in te sit dignu facere invenero. nulla adeo
ex re istuc fit nisi ex nimio ocio. ego istuc etatis no amori
operam dabam. sed in asiam hinc abij propter paupiem atque
ibi simul rem et gloriam armis belli repperi. postremo adeo
res rediit. adolescentulus sepe eadem et graviter audien-
do victus est. putavit me et etate et benivolentia plus
scire et provide quam se ipsum sibi. in asiam ad rege militatu
abijt o chreme. Chre. quid ais. Men. clam me est profec-
tus. menses tres abest. Chre. ambo accusandi. etsi illud
inceptu tamen animi est pudentis signu et no instrenui.
Men. ubi comperi ex his qui fuere ei conscij. domu re-
vertor mestus atque animo valde perturbato atque incerto
pre egritudine. assideo. adcurrunt servi. soccos detrahunt. vi-
deo alios festinare. lectos sternere. cena apparare. pro se quis-
que sedulo faciebat. quo illam michi lenirent miseriam. ubi
video hec. cepi cogitare. hem tot mea solius solliciti sunt
causa. ut me unu expleant. ancille tot me vestiant. sumptus
domi tantos ego solus faciam. sed gnatu unicu quem pariter
uti his decuit. aut etiam amplius. qd illa etas magis ad
hec utenda ydonea est. eu ego eieci hinc miseru iniusticia
mea. malo quide me dignu quovis deputem si id faciam.
nam usque dum ille vitam illam colet inopem carens patria
ob meas iniurias. interea usque illi de me supplicium dabo.

laborans · querens · parcens · illi serviens · ita facio prorsus ·
nichil relinquo in edibus nec vas · nec vestimentum · conrasi
omnia ancillas · servos nisi eos qui opere rustico faciundo fa-
cile sumptum exercent suum · omnis prodixi ac vendidi · inscri-
psi ilico edes mercede quasi talenta ad quindecim coegi · agrum
hunc mercatus sum · hic me exerceo · decrevi tantisper me
minus iniurie Chreme meo gnato facere dum fiam miser
nec fas esse ulla me voluptate hic frui · nisi ubi ille
huc salvus redierit meus particeps · Chre · ingenio te es-
se in liberos leni puto · et illum obsequentem si quis recte aut
commode tractaret · verum neque tu satis illum noveras · nec
te ille · hoc ubi fit · ubi non vere vivitur ; tu illum numquam
ostendisti quanti penderes · nec tibi est ille credere ausus que
equum patri · quod si esset factum · hec numquam evenissent tibi ·
Men · ita res est fateor · peccatum meum maximum est · Chre ·
Menedeme at porro recte spero · et illum tibi salvum ad-
futurum esse hic confido propediem · Men · utinam dii ita
faxint · Chre · facient · sed si nunc commodum est Dionisia hic
sunt hodie apud me sis volo · Men · non possum · Chre ·
cur non ? quaeso tandem aliquantulum tibi parce · idem absens
facere te hoc volt filius · Men · non convenit qui illum ad la-
borem impulerim nunc me ipsum fugere · Chre · sicine est sen-
tentia · Men · sic · Chre · bene vale · Men · et tu · Chre · la-

Hic ponis 70 pro ta[illegible] talentum [illegible]

Cui est in vita mea debitor [illegible]

Bachus deus dionisius [illegible] ... colitur bachus

quia dum me affligo [illegible]

Dionisia festa liberi [illegible] ... festa bachanalia et [illegible]

crimas excussit in miseretq me eius. s; vt diei tempus
est monere oportet hunc me vicinum phaniam ad cenam vt
veniat. ibo visam si domi est. nichil opus fuit monitore
iamdudum domi presto apud me esse aiunt egomet convi-
vas moror ibo hinc intro. sed quid crepuerunt fores hinc
a me quisnam egreditur huc concessero Clitipho. Clinia.

Nichil adhuc est qd vereare clinia haudquaquam Cremes.
etiam cessant et illam simul cum nuncio tibi
hic ego adfuturam hodie scio proin tu sollicitudinem
istam falsam que te excruciat mittas. Cre. qui cum loquitur filius
Clit. pater adest quem volui. adibo. pater oportune advenis.
Cre. quid id est Clit. hunc menedemum nostin nr̄m vicinum
Cre. probe Clit. huic filium scis esse Cre. audivi in asia
esse Clit. non est pater. apud nos est Cre. quid ais Clit.
advenientem e navi etiam egredientem abduxi ilico ad ce-
nam. nam michi magna cum eo iam inde vsque a pueritia
fuit semper familiaritas Chre. voluptatem magnam nunci-
as. quid narrat Clit. quid. ille se miserum esse Cre. mise-
rum quem minus crede est. quam vellem menedemum invitatum
vt nobiscum esset hodie amplius. vt hanc leticiam nec
opinanti primus obicerem ei domi. atque etiam nunc tempus
est Clit. cave faxis non opus est pater Cre. quapropter
Clit. quia enim incertum est etiam quid se faciat. modo venit.

timet omnia patris nam atque animi amice se ergo ut sit

sue· eam misere amat· propter ea hec turba atque abitio e-

venit **Cre**· scio **Clit**· misit servulum ad eam in urbem

misit· et ego nunc una servu **Cre**· quid reliqui est· qui

habeat que quidem esse in homine dicunt bona· parentes·

patria incolumem· amicos· genus· cognatos· divicias·

atque hec proinde sunt ut illius animus est qui ea possi-

det· qui uti scit ei bona sunt illi qui non utitur recte mala

Clit Immo ille fuit senex· importunus semper et nunc

nichil magis vereor· quam ne quid in illum iratus plus sa-

tis faxit pater **Cre** ille ne· sed reprimam me· nam in me-

tu esse hunc illi est utile **Clit** quid tute tecum **Cre**· di-

cam utut erat mansum tamen oportuit· fortasse aliquanto

iniquior erat propter eius libidinem patetur· nam quem ferret

si parentem non ferret suum· huncine erat equum ex il-

lius more an illum ex illius vivere· et quod illum insimulat

durum id non est nam parentum iniurie unius modi sunt

ferme· paulo qui est homo tollerabilis· scortari crebro

noluit crebro convivarier prebent exigue sumptum· atque

hec sunt tamen ad virtutem omnia verum ubi animus sem-

el se cupiditate devinxit mala necesse est clitipho consilia

consequi consimilia· hoc scitum periculum ex aliis facere

ti· quod ex usu siet **Clin** ita credo **Cre**· ego ibo hinc intro·

vt videam tene quid nobis siet. tu ut tempus est diei vide
sis ne quo hinc abeas longius. Clitipho

2us Actus

Nam iniqui sunt patres in omnes adolescentes
iudices qui equum esse censent nos a pueris ilico
nasci senes neque illarum affines esse rerum quas fert adoles-
centia. ex sua libidine moderantur nunc que est non que olim
fuit. michi si unquam filius erit ne ille facili me utetur
patre. nam et cognoscendi et ignoscendi dabitur peccatis locus.
non ut meus qui mihi per alium ostendit suam sententiam. perii.
is mihi ubi adbibit plus paulo sua que narrat facinora. nunc
ait periculum ex aliis facito tibi. quod ex usu siet. astutus
ne ille haud scit quam michi surdo narrat fabulam. ma-
gis nunc me amice dicta stimulant. da michi atque af-
fer michi. cui quid respondeam nichil habeo. neque me
quisquam est miserior. nam hic Clinia. et si is quoque suarum
rerum satagit attamen habet bene ac pudice eductam
ignaram artis meretricie. mea est potens. procax. magnifica.
sumptuosa. nobilis. tum quod dem ei recte est. nam nichil
esse michi religio est dicere. hoc ego mali non pridem inve-
ni. neque etiam dum scit pater. Clinia. Clitipho

Clinia. Si michi secunde res de amore essent iamdudum scio
venissent sed vereor ne mulier me absente corrup-
ta sit. hec concurrunt multe opiniones que mihi animum exau-

gerant · occasio locus etas mater sub imperio cuius est ma-
la cui nichil iam preter precium dulce est. Clit. Clinia. Clin.
Hei misero michi. Clit. etiam caue ne videat forte hic te
a patre aliquis exiens. Clin. faciam. sed nescio quid profecto
michi animus presagit mali. Clit. pergin istuc prius
diiudicare quam scias quid veri siet. Clin. si nichil mali
esset etiam hic adessent. Clit. iam aderunt. Clin. quando istuc
erit. Clit. non cogitas hinc longius abesse et nosti mores
mulierum dum moliuntur dum comuntur annus est. Clin. o Cliti-
pho timeo. Clit. respira. eccum Dromonem cum Syro una ad-
sunt tibi. Syrus · Dromo · Clitipho · Clinia

Ain tu. Dro. sic est. Syr. verum interea dum sermo-
nes cedimus ille relicte sunt. Clit. mulier tibi adest
audin Clinia. Clin. ego vero audio nunc demum et video
et valeo Clitipho. Syr. minime mirum adeo impedite sunt
ancillarum gregem ducunt secum. Clin. perii unde illi sunt
ancille. Clit. men rogas. Sy. non oportuit relictas.
portant quid rerum. Clin. ei mihi. Sy. aurum vestem et
vesperascit et non nouerunt viam. factum a nobis stulte est.
abi dum tu Dromo illis obviam. propera quid stas. Clinia
Ve misero michi quanta de spe decidi. Clit. quid istuc. que res
te sollicitat autem. Clin. rogitas quid siet. viden tu ancil-
las aurum vestem quam ego cum una ancillula hic reliqui

Omnis mora torquet amantem.

unde esse ea censes. Clit. vah nunc demum intelligo Syrus

dii boni quid turbe. edes nostre vix capient scio. quid co-

medent. quid bibent quid sene meo erit miserius. Clit.

sed video eccos: quos volebam Clin. o iuppiter ubi nam est

fides. dum ego propter te errans patria careo demens.

tu interea loci collocupletasti o antiphila et me in his

deseruisti malis propter quam in summa infamia sum. et me-

o patri minus obsequens. cuius nunc pudet me et miseret.

qui harum mores cantabat. dolet monuisse frustra ne-

que eum potuisse ab hac me expellere quod tamen nunc faciam. tu-

tum gratum ei esse potuit nolui. nemo est miserior me

Syrus hic de nostris verbis errat. videlicet que hic sumus

locuti. clinia aliter tuum amorem atque est accipis. nam et vi-

ta eadem est et animus erga te idem ac fuit. quantum ex ipsa

re coniectura cepimus Clin. quid est obsecro. nam mihi

nihil nunc rerum omnium est quod malim quam me hoc falso

suspicarier Syrus hoc primum ut ne quid huius rerum ig-

nores anus que est dicta mater ei esse antehac non fuit.

ea obiit mortem. hoc ipsa in itinere altere dum narrat forte

audivi Clit. que nam est altera Syrus mane. hoc quod

cepi primum enarrem clitipho. post istuc veniam Clin. pro-

pera Syrus iam primum omnium ubi ventum ad edes est dro-

mo pulsitat fores. anus quedam prodit. hec ubi ape-

ruit ostium continuo hic se coniecit intro ego consequor anus
foribus obdit pessulum ad lanam redit hinc sciri potuit
haud usquam alibi Clinia quo studio vitam suam te absente
exegerit ubi de improviso est interventum mulieri nam ea
res dedit tunc existimandi copiam cottidiane vite con-
suetudine que cuiusque ingenium ut sit declarat maxime
texentem telam studiose ipsam offendimus mediocriter
vestitam lugubri veste eius anus tamen opinor que erat
mortua sine auro tum ornatam ita uti que ornantur sibi nulla
mala re esse expolitam muliebri capillus passus pro-
lixus circum caput reiectus negligenter pax Clin Syre
mi obsecro ne me in leticiam frustra conicias Syrus
anus subtegmen nebat preter ea una ancillula erat
ea texebat una pannis obsita neglecta inmunda illuvie
Clit si hec sunt Clinia vera ita ut hic Syrus dicit quis
te fortunatior scin tu hanc quam dicit sordidatam et sor-
didam magnum hoc quoque signum ~~nam~~ est dominam esse
extra noxam cum eius tam negligenter internuncii nam
disciplina est hisdem munerarier ancillas primum ad do-
minas qui affectant viam Clit obsecro perge te et cave
ne falsam gratiam studeas inire quid ait ubi me nominas
Syrus ubi dicimus redisse te et rogare uti veniret ad te
mulier telam deserit continuo et lacrimis opplet os totum

sibi · ut facile scires desiderio id fieri tuo Clin pre gaudio ita
me dii ament ubi sim nescio ita timui Clit at ego nichil
esse sciebam clinia atque dum uitissim syre que illa est al
tera Syr adducimus tuā bacchidem Clit hem quid · Bac
chidem eho · scelestē quō illam adducis · Syrus quo ego illā ·
ad nos scilicet Clit ad patrem me · Syrus ad eum ipsum
Clit o hominis impudentē audaciā Syrus heus tu nō fit
sine periculo facinus magnū et memorabile Clit hoc ui
de in mea uita tu ti laudem is quesitū scelus · ubi paulu
lū modo quid ad te fugeit ego perierim · quid illo facias
Syrus at enim Clit quid enim Syrus si sinas dicam Clin
sine Clit sino Syrus ita res est hec nec quū cū Clit quas
ambages in malū ingerae cepit Clin sere hic uerū dicit
mitte ista · atque ad rem redi Syr enimuero reticē neque
o multis modis iniurius clitipho est · neque ferre potis ē
Clin audiundū hercle est tace Syrus quid est · uis ama
re · uis potiri · uis qd̄ des illi effici tuū esse in potiundo pe
riclm̄ non uis haud stulte sapis · siquidē id saperē est · uel
le te id qd̄ nō potest contingere · aut hec tu illis sunt ha
benda aut illa cū his amittenda sunt · harū duarū con
ditionū nā utrū malis uide · et si hc̄ consiliū qd̄ cepi re
tum esse et tutū scio · nā apud patrē tua amica tecū
sine metu ut sit copia est · tu qd̄ illi argentū es polli ·

citus eadem hac invenia via · quod ut efficerem orando iam
surdas aures reddideras mihi · quid aliud tibi vis · Cli. si-
dem hoc fit · Syrus · siquidem ex periundo hoc scies · Cli.
age age cedo istuc tuum consilium · quid id est · Syrus · assi-
mulabimus tuam amicam huius amicam esse · Cli. pulchre
cedo quid hic faciet sua · an ea bacchis quoque dicetur huius
si una hec dedecori est parum · Syrus · immo ad tuam matrem
deducetur · Cli. quid eo · Syrus · longum est clitipho · si
tibi narrem quamobrem id faciam · vera causa est · Cli. fa-
bule nichil satis firmi video · quamobrem accipere hunc
michi expediat metum · Syrus · mane · habeo aliud si is-
tud metuis · quod ambo confiteamini sine periculo esse · Cli.
huiusmodi obsecro aliquid reperi · Syrus · maxime ibo
obviam hinc · dicam ut revertatur domum · Cli. hem · quid
dixisti · Syrus · ademptum tibi iam faxo omnem metum in aurem
utramvis otiose ut dormias · Cli. quid ago nunc · Clin.
tune · quid boni est · Cli. Syre dic modo verum · age modo
Syrus · hodie sero ac nequiquam voles · Clin. datur · frua-
re dum licet · nam nescias eius potestas posthac an n-
umquam tibi · Cli. Syre inquam · Syrus · perge · porro tamen
istuc ago · Cli. verum hercle istuc est · Syre Syre inquam
heus Syre · Syrus · concaluit · quid vis · Cli. redi redi ·
Syrus · adsum · dic quid est · iam hoc quoque negabis tibi ·

Idest tarde et frustra petisti hec velle quod dicit modo ut sine periculo habeas amicam quod genitor pater sciet

repit credere Syrum et obviam illis ire ut diceret quod rediret domum

placet **Cht** immo Syre et me et meum amorem et famam permit-
to tibi tu es iudex ne quid accusandus sis vide **Syr** ri-
diculum est te istuc me admonere clitipho qui istic minor res
mea agitur quam tua hic si quid forte nobis adversi evene-
rit tibi erunt parata verba huic homini verbera quapropter hec
res neutiquam neglectui est michi sed istunc clinia exora ut
suam esse assimulet **Clin** scilicet facturum me esse in eum iam
res rediit locum ut sit necesse **Cht** merito te amo clinia
Clin verum illa ne quid titubet **Syr** perdocta est probe
Cht at hoc demiror qui tam facile potueris persuadere
illi que solet quos spernere **Syr** in tempore ad eam veni
quod rerum omnium est primum nam misere quendam offendi ibi
militem eius noctem orantem hec arte tractabat virum
ut illius animum cupidum inopia incenderet eademque ut esset
apud te ob hec quam gratissima sed heus tu videsis ne
quid imprudens ruas patrem novisti ad has res quam
sit perspicax ego te autem novi quam esse soleas impo-
tens inversa verba eversas cervices tuas gemitus scre-
atus tusses risus abstine **Cht** laudabis **Syr** vide-
sis **Cht** tutemet mirabere **Syr** sed quam cito sunt con-
secute mulieres **Cht** ubi sunt cur retines **Syr** ia
nunc hec non est tua **Cht** scio apud patrem at nunc in-
terim **Syr** nichilo magis **Cht** sine **Syr** non sinam inquam

Cli. quiesco paulisper Syr. veto Cli. saltem saluta-
re Syr. abeas si sapis Cli. abeo quid istic Syr. ma-
nebit Cli. o hominem felicem Syr. ambula

Bachis · Antiphila · Clinia · Syrus ·

Bach'

Edepol te mea antiphila laudo et fortunatam
iudico id cum studuisti forme ut mores consimi-
les forent minimeque (dii itaque me ament) miror si te
quisque expetit · nam mihi quale ingenium habes fuit indi-
cio oratio · et cum egomet mecum nunc in animo vitam tuam
considero · omniumque vostrarum adeo · volgus que ab se segre-
gant · et vos esse istius mali · et nos non esse · haud
mirabile est · nam expedit bonas esse vobis · nos quibus
cum res non sinunt est · quippe forma impulsi nostra nos
amatores colunt · hec ubi imminuta est illi suum animum
alio conferunt · nisi prospectum interea aliquid nobis est
deserte vivimus · vobis cum uno simul ubi etatem agere
decretum est viro · cuius mos maxime est consimilis
vostrum · hi se ad vos applicant · hoc beneficio utrique ab
utrisque vero devincimini · ut numquam ulla amori vostro
incidere possit calamitas Anti nescio alias · me scio
semper quidem fecisse sedulo ut ex illius commodo meum
compararem commodum Clin vah · ergo mea antiphila
tu sola me reducem in patriam facis · nam dum abs te ab:

Bachis amica Clit. Antiphilam amicam Clinie laudabat, et ista sola ...

Forma appellat ...

ut mores illius viri consimiles sint ...

sunt omnes mei labores fuere quos cepi leves p[re]t[er]q[ua]m tui ca-
rendum q[uo]d erat Syr. credo Cli. Syre vix suffero. hoci-
ne me miser[um] n[on] licere meo modo ingenio frui Syrus
i[m]mo ut patrem tuum vidi esse habitum diu etiam duras
dabit Bacch. quis nam hic adolescens est qui intuetur nos
Anti. ah retine me obsecro Bacch. amabo quid tibi est.
Anti. disperii misera Bacch. quid stupes Antiphila Anti.
videon Cliniam an non Bacch. quem vides Cli. salve ani-
me mi Anti. o mi expectate Clinia salve Cli. ut va-
les Anti. salvum advenisse te gaudeo Cli. teneo ne
te Antiphila maxime animo expectata meo S.
Ite intro nam vos iamdudum expectat senex. Chremes.

Luciscit. hoc iam cesso Menedemus. pulsare ostium vicini. primum ex me ut sciat sibi
filium redisse. etsi adolescentem hoc nolle intellego verum
tum videam miserum hunc tam excruciarier eius abitu ce-
lem tam insperatum gaudium cum illi nihil pericli ex in-
dicio siet haud faciam. nam quantum potero adiuvabo
senem ita ut filium meum amico atque equali suo video in-
servire et socium esse negotiis nos quoque senes est equum
senibus obsequi Men. aut ego profecto ingenio egregie
ad miseriam natus sum. aut illud falsum est quod vulgo
audio dici diem adimere egritudinem hominibus. nam mihi

actus tercius

quidem cottidie augescit magis de filio egritudo et quanto diu-
tius abest magis cupio tanto magis desidero Chre · sed ip-
sum foras egressum video · adibo · atque alloquar · menede-
me salve · nuncium apporto tibi cuius maxime te fieri participem
cupis Men numquid nam de gnato meo audisti chre-
me Chre · valet atque vivit Men · ubinam est queso Chre · hic
apud me domi est Men meus gnatus Chre · ita est Men
venit Chre certe Men clinia meus venit Chre · dixi ·
Men eamus duc me ad eum obsecro Chre · non vult te scire
se redisse etiam tuum conspectum fugitat propter peccatum · tum
hoc timet ne duricia illa tua antiqua etiam adaucta
siet Men non tu ei dixisti ut essem Chre · non Men quam
obrem chreme Chre · quia pessime istuc in te atque in
illum consulis si te tam leni animo et victo esse ostenderis ·
Men non possum · satis iam satis pater durus fui Chre · ah
vehemens in utramque partem menedeme es nimis aut
largitate nimia aut parsimonia in eandem fraudem ex hac
re atque ex illa incides · primum olim potius quam paterere
filium commeare ad mulierculam que paulo tum erat contenta ·
cuique erant grata omnia proterruisti hinc · ea re coac-
ta ingratiis postilla cepit victum vulgo querere nunc cum sine
magno intertrimento non potest haberi quidvis dare cu-
pis · nam ut tu scias quam ea nunc instructa pulchre ad per-

incommode siet · prius iam ancillas secum adduxit plus decem one-
ratas veste et auro · Satrapes si siet amator numquam suffer-
re eius sumptus queat ne dum tu possis · Men · est ne ea intus ·
Chre · sit rogas ? sensi nam unam ei cenam atque eius comitibus de-
di · quod si iterum mihi sit danda actum siet · nam ut alia omit-
tam pitissando modo mihi quid vini absumpsit · sic hoc di-
cens · asperum pater hoc est · aliud lenius sodes vide · relevi
omnia dolia · omnes serias · omnes sollicitos habui · atque hec
una nox · quid te futurum censes quem assidue exedent · sic me
dii amabunt ut me tuarum miseritum est menedeme fortunarum
Men · faciat quod libet · sumat consumat · perdat · decretum est
pati dum illum modo habeam mecum · Chre · si certum est
tibi sic facere illud permagni referre arbitror ut ne scientem
sentiat te id sibi dare · Men · quid faciam · Chre · quid vis potius
quam quod cogitas · per alium quemvis ut des · falli te sinas tech-
nis per servolum · etsi subsensi id quoque illos ibi esse id a-
gere inter se clanculum · Syrus cum illo vostro consusurrat ·
conferunt consilia adolescentes · et tibi perdere talentum hoc
pacto satius est quam illo minam · non nunc de pecunia agitur
sed illud quomodo minimo periclo id demus adolescentulo ·
nam si semel tuum animum intellexerit ille prius proditurum tu-
am te vitam et prius pecuniam omnem quam abs te amit-
tas filium · hui · quantam fenestram ad nequitiam patefeceris ti

aute porro vt nō sit suaue vite· nā deteriores omnes su-
mus licentia· qd̄ cuiqꝫ inciderit in mente volet· neqꝫ id
putabit prauu an rectu sit qd̄ petet· tu re perire et
illum non poteris pati· dare denegaueris· ibit ad illu
illico qui maxime apud te se valē senciet abituru se
abs te esse ilico minitabit· Me· videre veru atqꝫ vti res
est dicere· Chre· somnu hercle ego hac nocte oculis nō
vidi meis· dum id quero ti qui filiu restituerem· Men·
cedo dexteram· porro te oro idem vt facias chreme· Chre·
paratus sum· Men· scin quid nūc te facē volo· Chre· dic· Men·
quod sensisti illos me incipē fallē· id ut maturent facē
cupio illi dare qd̄ volt· cupio iā ipm videre· Men· operam da-
bo· Syrus est aphendendus atqꝫ adhortandus m̄· a me nescio
quis exit· concede hinc domu ne nos int̄ nos cōgruē sen-
tiant· paulu m̄ hoc negocij obstat· Simus et Crito vicini
nostri hic ambigunt de finibꝫ· me cepere arbitru· ibo ac
dicam vt dixeram operam daturu me hodie nō posse eis
dare· cōtinuo hic adero· Chre· ita quesō· dij vostram fidem
itan comparatam esse hoim natura oim aliena vt melius
videant et iudicent q̄m sua· an eo fit quia in re nr̄a
vt gaudio sumus prepediti nimio aut egritudine· hic m̄
nunc quanto plus sapit q̄m egomet m̄· Men· dissolui me o-
tiose operam vt ti darem· Syrus· Chreme·

Heautontu[morumen]os.

Syr. Hac illac circumsta · inueniendu[m] tame[n] est argentu[m] in-
tendenda in sene[m] e[st] fallacia · **Cre.** nu[m] me animus fefel-
lit hosce id struere · videlicet ille clinie seruus tardiuscul[us]
est · ideo huic n[ost]ro tradita est prouincia · **Syr.** quis hic
loquit[ur] · perij · nu[m] na[m] hec audiuit · **Chre.** Syre · **Syr.** hem
Cre. quid tu hic agis · **Syr.** istic recte quidem te demi-
ror chreme tam mane qui heri tantu[m] biberis · **Cre.**
nichil nimis · **Syr.** nichil narras · visa v[er]o est (q[uo]d dici
solet) aquile senectus · **Cre.** eia · **Syr.** mulier comoda
et faceta hec est meretrix · **Cre.** sane idem visa est michi
Syr. et quide[m] hercle forma luculenta · **Cre.** sic satis ·
Syr. ita no[n] ut olim · sed uti nu[n]c sane bona est minimeque
miror clinia hanc si deperit · s[ed] habet patrem q[ue]nda[m]
auidu[m] miseru[m] atq[ue] aridum vicinu[m] hunc nostin · atq[ue]
is non diuitijs abundet natus eius profugit inopia
scis esse factu[m] vt dico · **Cre.** quid ego nesciam · homine[m] pist[ri]-
no dignu[m] · **Syr.** quem · **Cre.** istu[m] seruulu[m] dico adolescent[is]
Syr. Syre tibi timui male · **Cre.** qui passus est id fieri
Syr. quid faceret · **Chre.** rogas · aliquid repperiret · fin-
geret fallacias vnde esset adolescenti amice q[uo]d daret
atq[ue] hunc difficilem atq[ue] inuitu[m] seruaret senem ·
Syr. garris · **Cre.** hec facta ab illo oportebant syre ·
Syr. eho · queso · laudas qui heros fallunt · **Chre.** in lo-

co ego vero laudo Sy. recte sane Chre. quippe qui magnarum sepe remedium egritudinum est. iam hinc mansisset uni-
tus gnatus domi Syrus iocon an serio ille dicat nescio: nisi mihi addit quidem animi; quo libeat magis Chre.
at nunc quod expectat o syre: an dum hinc denuo abeat.
cum tolerare illius sumptus non queat. nonne ad senem aliquam fabricam fingit Syrus stolidus est. Chre. at te adiutare
oportet adolescentuli causa Syr. facile equidem facere
possum si iubes. et cum quo pacto id fieri soleat calleo
Chre. tanto hercle melior Syrus non est mentiri meum
Chre. fac ergo Syrus at heus tu. facito: dum eadem hec meminneris: si quid huius simile forte aliquando evenerit: ut sunt
humana tuus ut faciat filius Chre. non usus veniet
spero Syrus spero hercle ego quoque. neque eo nunc dico: quod
quicquam illum senserim: sed si quid necesse. que sit eius
etas vides. et ne ego te si usus venerit magnifice chre-
me tractare possim Chre. de isto cum usus venerit videbimus: quid opus sit. nunc istuc age Syrus numquam commodius umquam
herum audivi loqui. nec cum male facerem credebam mihi
impunius licere: quisnam a nobis egreditur foras Clitipho

Chre. [illegible] quid istuc quesso. Cremes. Syrus
qui istic mos est clitipho. ita ne fieri oportet
Clit. quid ego feci Chre. vidi ego te modo manum

in sinū huic meretrici inserere Syr acta hec res est · perij
Cli mene · Cre hiisce oculis · ne nega · facis adeo indigne
iniuriā illi: qui nō abstineas manū · nā istec quidē con-
tumeliā est · hominē amicū recipē ad te: atq; eius amicā
m v
subagitaē · vel heri in vino quā inmodestus fuisti Syr
dicit est · molestus
factū Cre quā modestus: ut equidem ita me dij ament:
metui quid futurū deniq; esset · novi ego amantū anim ·
advorsū graviē que nō censeas Cli at michi fides a-
put hunc est: nichil me istius facturū pater · Cre esto ·
· at ·
aut certe concedas aliquo ab eorū ore aliquantisper · multa
fert libido: ea prohibet facē tua pñtia · ego de me facio
coniecturā · nemo est meorū amicorū hodie apud q̄ ex-
promē omnia mea occulta clitipho audeā: apud alium
piget
prohibet dignitas: apud aliū istius facti pudet ne in-
si
eptus ne protervus · videar: qd illū facē credito · s; nrm̄
est intelligē · utrumq; atq; ubicumq; opus sit obsequi Syr ·
quid istic narrat · Cli perij Syr clitipho hec ego pre-
sum
cipio ti? hominis frugi et temperantis functus officiū Cli
tace sodes Syr recte sane Cli Sire pudet me Syr cre-
do: neq; id iniuria · qn mi molestū est · Cli perdis her-
cle Syr verum dico qd videtur —— nōne accedam
ad illos Chre eho queso una accedendi est via Syr
actū est: hic prius se indicarit quā ego argentū effero ·

chreme · vin tu homini stulto mi auscultare; Cre quid fa-
ciam? Sy iube hunc abire hinc aliquo Cli quo ego
hinc abeam? Syr quo lubet · da illis locum · abi dea-
bulatum Cli deambulatum quo? Syr vah quasi desit locus ·
abi sane istac istorsum quo vis Cre · recte dicit censeo Cli
dii te eradicent Syre · qui me istinc extrudis Syr at tu
tibi istas posthac comprimito manus · censen vero? quid illum
porro credis facturum chreme? nisi eum quantum tibi opus
dii dent servas: castigas: mones Cre · ego istuc cura-
bo Syr atqui nunc here tibi adservandus est Cre fiet.
Syr si sapias · nam mihi iam minus minusque obtemperat Cre
quid et tu? quid de illo quod dudum tecum egi · egistin Sy-
re? aut repperisti tibi quid placeat? an nondum etiam
Syr de fallacia dicis? est; inveni quandam nuper Cre
frugi es · cedo quid id est? Syr dicam verum ut aliud ex
alio incidit Cre quid nam Syre? Syrus pessima haec est meretrix
Cre ita videtur Syr ymmo si scias · hoc vide quod in-
ceptet facinus · fuit quedam anus corinthia hic · huic dragma-
rum argenti haec mille dederat mutuo Cre quid tum
Syr ea mortua est · reliquit filiam adolescentulam · ea re-
licta huic arrabonem est pro illo argento Cre intelle-
go Syr · hanc secum huc adduxit · ea est · que est nunc ad
uxorem tuam Cre quid tum Syr clinia orat sibi uti

ad nunc det illam: illi tamen post daturum mille nummum posc[it]

et poscet quidem ... hui. dubium ne id est ... ego sic

putavi. quid nunc facere cogitas ... egone? ad menede-

mum ibo: dicam hanc esse captam ex caria. ditem et nobilem

si redimat: magnum in ea esse lucrum ... erras ... quid

ita ... pro menedemo ego nunc tibi respondeo. non emo. quid

agis? ... optata loquere ... atqui non est opus ... non

opus est ... non hercle vero ... qui istuc? miror

iam scies. mane mane. quid est quod tam a nobis graviter crepu-

erunt fores?

Nisi me animus fallit. hic profecto est anulus quem ego

suspicor. is qui cum exposita est gnata ... quid volt

sibi haec oratio ... quid est? is ne tibi videtur ... dixi

equidem ubi mihi ostendisti illico eum esse ... at ut satis mihi

contemplata sis mea nutrix ... satis. abi iam nunc intro atque

illa si iam laverit mihi nuntia. hic ego virum interea opperibor

te volt videas quid velit. nescio quid tristis est. non te-

mere est. metuo quid sit ... quid siet ne ista hercle mag-

no iam conatu magnas nugas dixerit ... ehem mi

vir ... ehem mea uxor ... te ipsum quero ... loquere

quid velis ... primum te hoc oro ne quid credas me advor-

sum edictum tuum facere esse ausam ... vis me istuc

tibi etsi incredibile est credere credo ... nescio quid peccati

portat hec purgato   meministin me esse grauidã et
in te maximo ope intminatũ si puella parere nolle tol :
li   scio quid feceris · sustulisti   sic si est factũ do :
mina ergo herus dampno auctus est   nunc · sed eãt
hic omnis corinthia haud impurca · ei dedi exponẽdam ·
o iuppiter tantã ne in animo esse inscitiã
perii · quid ego feci   at rogitas ?   si peccaui
mi chreme · insciens   id quidẽ ego etsi tu neges · ce
scio te inscientẽ atq; imprudentem dicẽ ac facẽ omnia ·
tot peccata in hac re ostendis · nã iam primũ si meũ im :
periũ exequi voluisses interẽptã oportuit · nõ simulãe
mortẽ verbis · re ipsã spem vite dare · at id omitto mĩa
animus maternus scio qm̃ bene vero abs te prospectũ
est · quid voluisti · cogita · nempe anũi illi prodita abs te
filia est planissime per te veluti questũ facẽt · veluti
veniret palã · credo id cogitasti · quid vis ? satis est dum
viuat mº · quid tu illis agas qui neq; ius neq; bonũ
atq; equũ sciunt melius · peius · prosit · obsit · nichil vi :
dent ñ qd̕ libet   mi chreme · peccaui fateor · vincor ·
nũc te obsecro · quanto tuus est animus natu grauior
tanto ignoscentior · vt mee stulticie iustitiã tua sit a :
liquid presidĩ scilicet   equidẽ istud factũ ignoscã ·
verũ sostrata male docet te mea facillitas multa · sed

istuc quicquid id est. quo hoc incepetu est causa loque

ut stulte et misere omes sumus religiosi cu exponendam do il:

li digito anulu detraho. et eu dico ut una cu puella expo:

neret seruaret si moreret. ne expers partis esset de nris bonis

istuc recte conseruasti te atq illa   hic is est anu:

lus   unde habes   qm bacchis secu adduxit adoles:

centula   hem.   quid ea narrat   ea lauatu

dum it seruandu mihi dedit anulu aim non aduerti pmo.

s pqm aspexi. ilico cognoui. ad te exilui   quid nunc

suspicare aut inuenis de illa   nescio. nisi ut ex illa

queras unde hunc habuerit si potest reperiri   sire:

sy plus spei video qm volo. nra est si ita est   viuit

ne illa cui tu dederas   nescio   quid renuncia

olim fecisse.   fecisse id quod iusseram   nomen

mulieris cedo. qd sit ut queratur   philtere   ipa

e miru ni illa salua est. et ego perii   sostrata seqre

me intro hac   ut pter spem euenit. qd timui male

ne nunc animo ita esses duro ut olim intollenda chreme.

no licet hominez esse sepe ita ut volt si res. no sinit.

nc ita tempus est mi ut cupiam filia. olim nichil minus

nisi me aius fallit. haud multu a

me aberit infortuniu. ita hac re in angustu oppi:

do nc mee coguntur copie. nisi aliquid video ne esse hanc.

597
301

amicā gnati cōsistat senex · nam quid sperem de argento
aut posse postulem me fallē michil est timpho scilicet
me latē tecto abstebē acutior bolum tantū m̄ esse erep-
tū tam subito e faucibꝰ · quid agam ? aut quid comistar ·

N A · ratio de integro ineunda est m̄ · michil tā difficile est · q̄n
querendo investigari possiet · quid si hoc nūc sic incipiā ·
michil est · quid si sic tantūdē egero · at sic opinor · nō
potest · immo optume est · euge optumā habeo · retrahā
hercle opinor ad me idem illud fugitivū argentū tn̄ ·
ulla m̄ res posthac pot ·
iā intuemine tanta que m̄ egritudine afferat ·
tanta hec letitia aborta est · dedo patri me nūc iā ut
frugalior sim q̄m volt   michil me fefellit cognita
est q̄ntū audio huiꝰ verba istuc t' ex sīnā obtigisse letor
o mi frē audistin obsecro   quid m̄ qui vosq;
una affuerim   cui eque audisti comodius quicq̄
evenisse   nulli   atq; ita me dȳ ament ut ego
nec nō tam meapte causa letor · q̄m illius me dȳ amet
ut ego nec · nō tam meapte causa letor · q̄m illius q̄m
scio esse honore quovis dignā   ita credo · ſ nec cli-
nia age date m̄ vitissim nā amici quoq; res est viden-
da · m̄ tuto ut collocetur · ne quid de amica nūc senex
o iuppiter   quieste   antiphila mea

iubet in   Satine me in loque   quid faciā mi fra-
tre. gaudeo. Syre   Sero hercle vero   deorū vitam
adepti sumus   frustra operam opinor sumo   loquere
audio   at iam hoc non ages   agam   viden-
dū est inquā amici quoque res Clinia tui in tuto ut collo-
cetur. nā si nunc a nobis abis et Bacchidem hinc relinquis nr
cōtinuo resistat ilico esse amica hanc Clitiphonis. si abduxeris
celabitur itidē ut celata adhuc est.   at enim istoc nichil est
magis Syre meis nuptiis advorsum. nā quo ore appellabo
patrem? tenes quid dicā?   quid ni.   quid dicam
quā causam afferam   quin volo mentiare. aperte
ita ut res sese habet narrato   quid ais   iubeo
illā te amare et velle uxorem hanc esse Clitiphonis.
Bonā atque iustā rem oppido imperas et factu faci-
lem et scilicet iam hoc me voles patrē exorare. ut celet
senem vestrū   immo ut recta via est narret per or-
dinē omnē   hem satin sanus es? an sobrius! tu
quidē prodis illum plane. nā qui ille poterit esse in tu-
to? dic mi   huic quidē consilio palmā do hic me mag-
nifice effero qui vim tantā in me et potestatem habeā tante
astutiae verā dicendo ut eos ambos fallā. ut cū narret
senex noster meo istā esse amicā gnati nō credat tamē.
at enim spe istoc pacto rursū nuptiarū omnē mihi

eripis. nā dū amittā hanc meā et reddet nō dimittet.
filia. tu fortasse quid me fiet parvi curas dum illi con-
sulas. quid malū censes tandem velle id adsimu-
larier? unus est dies dum argentū eripio. pater nichil
amplius tantū? sat habes. quid tum queso. si hic
pater restituerit quid? si redeo ad illos qui aiūt
quid? si nūc celū ruat metuo quid agā me-
tuis? quasi nō ea potestas sit tua quo velis in tempore
ut te exoluas. rem facias palam aggrediar
Bacchis optime ipsa exit foras

Corue: quid cogitas: Cogito dies antiquos
et annos eternos in mente habui
Nemo per cras: Cras debet ponere metas

Circa initium The

[illegible]

Simo — Pamphilus filius Simonis Davus servus Pamphili

Senes — Cremes — filie: Philomena in Athenis ... Pasibula ... Glicerium ...

Phannia

Apud Andream insulam Naufragium

[illegible]

Comedia est

Argumentum [illegible] Athenis ... Cremes ... Pamphilus ... Philomena ... Pasibula ... Glicerium ... Apud Andream insulam Naufragium ... [illegible]

IV

mag̃ri michaelis